SI pꝛimogenitus tuus bene valet: tu quoq; ⁊ vir ⁊ mater tua vna cũ tota familia (credo) mlto meli⁹ valetis. qd vtinã de⁹ faciat. Vere ſine vllo mẽdacio de illo hoc auſim affirmare. Inter natos mulierũ nõ ſurrexit maioꝛ petro. Magn⁹ futur⁹ eſt ꝓpheta: nõ dicã plus ꝙ̃ ꝓpheta: ſi a mẽdacib⁹: adulatoꝛib⁹: nepotinis hominib⁹: tã purũ: tã ſimplex: tã candidũ ingeniũ: ad oẽs virtutes capeſſendas aptiſſimũ nõ coꝛrũpatur. Age ergo gratias eterno deo: diurnis: nocturniſq; tẽpoꝛib⁹ ꝓ illo deuotiſſimas oꝛones effunde. Nõ memini me ĩ tãta adoleſcẽtiũ multitudĩe quos viderim: vniuerſu; fere ꝑuagat⁹: ſimilẽ vidiſſe. Alij alia ꝑditi ſunt virtute: hic vero oĩ ex parte cumulat⁹ ſe omniũ q̃ viuũt: q̃ ve ante hac vixerũt: maximũ: excellẽtiſſimũq; foꝛe clariſſimis argumẽtis oſtẽdit. Nõ ſcribo ad eũ: volo enĩ has q̃leſcũq; ſint nõ min⁹ ad illũ: ꝙ̃ ad te dirigi. Si leges quas ad comitẽ mitto lr̃as: cognoſces qua ex cauſa hic tãdiu ĩuitus detineoꝛ. Igit̃ ſi tãtope re ipſa: vt verbo videmini: adeſſe me vobiſcũ deſideratiſ: curate diligenter reditũ meũ. qd in veſtra nõ in mea eſt poteſtate. Vale.

¶ Cataldus comiti alcotini. S.

HAc eadẽ hoꝛa: qua litteras tuas mihi reddiderũt: coact⁹ ſu; a fratre tuo has ſcribere: nõ enĩ erã ſcriptur⁹: ſed ꝓpere ad vos vẽtur⁹: ſi placuiſſet iſti regio exactoꝛi. qui ꝑ annũ me inuitũ ſecũ detinuit: ⁊ adhuc detinet: mltos latine lingue autoꝛes a me audiẽdo. Nollẽ inermis venire ad ꝓlia: ꝑſertĩ; cũ terribilẽ nutriã leonẽ: nec modicis ĩpenſis vlyxbone ſaturari poteſt. Ego aũt: qui vẽto ſolũ: fumoq; aloꝛ: famẽ nõ hoꝛreſco. Altere littere mee diffuſi⁹ ⁊ te ⁊ comitiſſam ⁊ cubiculariũ pꝛimũ de oib⁹ monebũt: q̃ ꝓpter tẽpoꝛis ſeuitiã nõdũ a cubicularij alumno ad vos afferri potuerũt. Illic cauſam tã lõge moꝛe vel iuſtã vel iniuſtã cognoſces. Parcat mihi amplitudo tua: nõ ad me debuiſti ſcribere: ſed ad iſtũ carnificẽ. vt me a ſe tandẽ dimitteret. Nõ ſcribo plura. Reliq̃ ꝑ fratris tui nũciũ quo pacto

ſe habuerint: intelliges. Emanuel oīa emēdāda ſūma ſapiētia emēdat. Caſtigāda admirabili clemētia caſtigat: ſi hunc corriperet: vnū cōſumaret ex ſeptem miſericordie operibus. Uale.

¶ Cataldus petro meneſio. S.

NEc pater tuꝰ: tui amātiſſimꝰ: nec mater tua: tui amātiſſimo patre amātior: binis lr̄is meis adhuc reſpōderūt. Taceo quas ad te dedi. Quibꝰ q̄d cauſe nō reſcribēdi extiterit: ignoro. Uel ꝙ lr̄e ad eoſ tabellarij negligentia allate nō ſint. vel ꝙ dū rem meā ꝑagere curarēt: ſcribere diſtulerūt: q̄ ꝑfecto eſt: vt ab iſto carcerario me tandē eriperēt: q̇ in varias figuras: veluti protheꝰ foret: quotidie vertit̃. Modo enī pecunia ſe carere iureiurādo affirmat: modo habere quidē cōcedit: ſed debitā iā excellēti domīe priuſq̄ mihi ſoluere teneri. Nūc de fluuiorū cremēto: iundatiōeq; q̇bꝰ hic exire ꝓhibet̃: ſupra modū cōq̄rit̃. Neſcio q̇d potiſſimū credā. Quo quo modo ſe res habeat: magis ego illi ꝙ nō ſit ſoluēdo: credā: q̄ vos mihi ſolutū hactenꝰ nō fuiſſe: credatis. Et (vt verū fatear) maiori hic afficior moleſtia ſine ſolatiolis hoc eſt libellis meis: q̄ ſi captiuꝰ a mauritanis detinerer. Siquidē oīa: q̄ mea bona mihi ſunt: omnē auferētia meſticiam: iſtic apud tonſorē: cui domū cōmiſi: ſubiti: iprouiſiq; reditꝰ ſpe: reliqui. Qua in re patruꝰ tuꝰ didacus teſtis mihi veriſſimꝰ eſſe poterit. Qđ ſi quiſq̄ eſt: qui aliter de me credat: falſus eſt: ⁊ ab oī ratiōe: ab oī veritate penitꝰ alienꝰ. Nā quantū ipſe videre mihi videor: Id aliquorū magnatū portugalēſiū ingeniū eſt. momenta nō ſeruientiū ſagaciſſime ꝑſpicere: ⁊ famulos ſepe aſpere vt ſegnes: maloſq; arguere: ac dānare interdū cruditer. Nō autē illorū cōſiderare neceſſitates: ⁊ caſus: q̇ euenire poſſūt: repētinos: ſucurrereq;: ⁊ (vt par eſt) calamitatibꝰ ꝓuidere. Sed furibūdi: erecta ceruice: flantibꝰ naribꝰ ignitis oculis: amplioribꝰ paſſibꝰ obambulātes: clamāt: reclamāt. Crucifigat̃ latro. Biduū eſt: quo venire debuit: ⁊ nō venit. Iā arripuit fugā ſceleratꝰ: vel apđ ſuos delicioſo cū amica iacet in lectulo. Comedat: bibat: q̇eſcat. In deū nō crederē: ſi debitas aliq̄ndo penas nō ſolueret. At ille infelix (dū iſte tā inſolenter ſecū cruciat̃) vel fame perijt iā: aut frigore: aut vtroq;. Uel dū flumē pedes traijcit: ſubmerſus euanuit. pleraq; huiuſcemodi fieri in dies cōſpicio: q̄ cōſpicere ratiōe ipſa ſuadēte: nullo pacto vellē. Tu vero quē deꝰ optima oīm indole exornauit: ab his moribꝰ (obſecro) abhorreas. Et vt natura te mitē: benignū: equūq; edidit: ita litterule ad tales animi dotes in dies magis cōfirment: vt nō ſolum hiſpanie: verūetiā gallie: italieq; maxime ſis admirationi futurus. Uale.

¶ Cataldus illuſtriſſimo dionyſio. S.

FAma eſt ꝑcelebris apud luſitanos te nō ſolū optimo ingenio: optimiſq; moribꝰ eminere: ſed regalibꝰ quoq; virtutibꝰ plurimū ex-

cellere. Quā quidē ego: q̄ntū in me eſt: nihil mētiēdo (cū mendaciū veritati hoc eſt deo maxime obſtet) augere in dies contendo. Tu fac ad tot nature bona: aliqua tua īduſtria accedāt litterule. Quod ſi facies: eris: mea quidē ſentētia: bonis omnibus vndiq; cumulatus. Vale.

¶ Cataldus ioanni mendes illuſtriſſimi dionyſij gubernatori. S.

Tātū affect⁹ ſū gaudio: ob tuarū litterarū acceptionē q̄ ſupiori- bus mēſib⁹: inopinato quidē: e celo in man⁹ delapſe ſunt meaſ: q̄n- ta cōcuſſus ſum meſtitia. non habuiſſe ad te reſcribēdi occaſionē. Et licet ſancterene regio aſſenſu ad chronicorū cōſumationē degerē: tamē neminē vndecūq; venientē ꝑtermittebā: quē de modo trāſmittēdi ad te lit- teras diligētiſſime nō rogitarē. quo nō inuēto tādiu dolui: quādiu qđ opta bā: iuxta deſiderij mei magnitudinē adinueni. Et certe exiſtimaui ſemꝑ te ante alios generoſos prudētiſſimū: ac rectiſſimū in feriēdis aduerſarijs ſa- gittariū: nō autē in amicis cōfigēdis. Quod ſi me ſolū ex oībus cōfigere vo- luiſti: cōphenſorē aliquē adhibere debuiſti: q̄ me cōfixū: collapſumq; recu- peraret: ⁊ ad te trāſmitteret. Nulla ꝓfecto eſt patria: tā ſalubris: tā nobilis tā oīm bonarū rerū copia affluēs: cui vł minimū portgualie rus libētiſſime nō anteponā. Verū vt penes vos eſſem: tū muſas apđ me tāto tēpore ſopi- tas: tū lepores excitādi gratia: vel infimo ouili: vbi vna oēs cōquieſcerem⁹ totā (pace ei⁹ loquor) luſitaniā poſtponerē. Utinā aut vos nūq̄ nouiſſem: aut ſaltē dimittere nō fuiſſē coact⁹ vtcūq; ſit: habetis me ⁊ aīo ⁊ corpore pa- ratiſſimū: nō min⁹ q̄ fideliſſimū. Quib⁹ ⁊ vtēdi ⁊ fruēdi ex ſētētia āpliſſimā ꝓbeo ptātē. Interī deū ſupplex oro: vt queadmodū intētiſſia mēte vos cōtē- plor: ita aſpectu ipo paucos hic ad dies ſitueri āplectiq; iocūdiſſie valeā. vale

¶ Cataldus ioanni norogne ſalutē.

Arbores in alto loco poſite maiori cōcutiūt ventorū vi: q̄ q̄ in infi- mo naſcūt. Tu: q̄ alto generis: dignitatis: autoritatiſq; gradu cō- ſtitut⁹ es: maiorē in te cōſpiciendū cōcitas hoīm opinionē: q̄ ſi hu- mili loco nat⁹ eſſes. Eia age obſecro noſce teipſū: q̄ ⁊ vnde: ⁊ i qua ſis oīm opinione: ⁊ quē oēs futurū ſperam⁹. Nec pudet (ait impator) errores nr̄os corrigere. Erraſti in nō viſitādo egrotū patrē: corrigas viſitādo vita ꝑfun- ctū. At dices. Neſciui. Debuiſti ſcire: tanq̄ pi⁹: ſtudioſus: ⁊ amātiſſim⁹ pa- tris fili⁹. Tu: q̄ prudentiſſim⁹ es: cōſiderare debebas patrē in illā etatē ꝓue- ctū: morti magis q̄ vite ꝓpinquū eſſe: ſolitūq; ꝑterea hic egrotare: mittere- q; ex tot vnū: q̄ illū ſequeret: vt de oīb⁹ te certiorē faceret: aut p lr̄as fratres tuos rogare: vt ad te de illo q̄ ſepiſſime ſcriberēt. Uerum: quod factū eſt: quin factū ſit: fieri nō poteſt. Emēdari tamē ⁊ corrigi poteſt atq; ita corri- gi: vt lōge meli⁹ fuerit: erraſſe. Niſi didacus frater tu⁹: oīm tibi benigniſſi-

muſ: ſe ad te miſſurū: vt venires: affirmaſſet: miſiſſem ego quēcūqꝫ potuiſſem. Et q̇ nullis opibꝰ aut aliquo rerū apparatu adiuuare tātū dn̄m valuiſſem: saltē pauꝑculo cōſilio (vt forte aliquādo feci) ꝓfuiſſem. Quid ceſſas? Speras tu aliquo tēpore patrē viſuruꝫ? aut meritū: cōuenientēqꝫ honorē alias exhibiturū? Semel in vita tātūmodo hoc accidit. Quē totū regnū viuentē magnifecit: migrantē honorauit: piētiſſime fleuit: magni: parui: infimi: mediocres. Rex ipſe ante oēs publice: ꝑuatim plorauerūt: ab vno filio deſtituet? q̄ ceterorū ſapiētiſſimꝰ ſemꝑ reputatꝰ eſt? Abſit a nobis hoc tale nefas. Qd̓ extranei vltro fecerit: tu filiꝰ ratiōe ſuadēte facer̄ negligaſ. Scio ſi plures magni dn̄i extitiſſent in regno: idē libētiſſime piētiſſimeqꝫ feciſſent fuit eni marchio ⁊ i vita ⁊ poſt vitā oī reuerētia digniſſimꝰ. Meliꝰ ē tarde q̄ nūq̄ aliq̇d bene aggredi Que res remediū eſt. At m̄lto meliꝰ: optimūqꝫ eſt: oī neglecta mora bene agere incipe. Qui vero nec tarde: nec ſtatim deliberat: is perditorū ꝑditiſſimꝰ iudicari debet. Nūc eſt tēpus: nūc ratio expoſcit: vt aduoles ad illiꝰ honoratiſſimi: celebratiſſimiqꝫ patris ſepulchruꝫ. ibiqꝫ ſuas exequias inſtituas. ⁊ (vt decet) merēdo: lachrymādo ꝑficias. Deinde ad fratres huc te cōferas: mox regē viſitaturꝰ: poſtremo ad altiora te paraturꝰ. Qd̓ q̇cquid ſit: oretenꝰ diffuſius colloq̄mur. Et cū multa antiquorū exēpla de colēdis ſeruādiſqꝫ parētibꝰ habeas: illud vnū tantū ante oculos pone. Eneas troianꝰ barbarꝰ: a fide catholica remotiſſimꝰ anchiſam patrē ab ignibꝰ iliacis humeris a grauiſſimis autoribꝰ tradit̄ eripuiſſe. Deinde multis terre: mariſqꝫ ſuꝑatis ꝑiculis incolumē in ſiciliā tandē duxiſſe: atqꝫ illic defunctū ſepeliſſe: honoreſqꝫ ⁊ ꝑpetuas exequias nō ſine ſolēnibꝰ altaribus ac ſacerdotibꝰ in futurū duraturis inſtituiſſe. Quid putabūt homieſ aut te minime fuiſſe i parentē charitatis: aut terrenarū rerū nimio amori illū poſtpoſuiſſe: q̄ oia ab optima natura tua lōge abeſſe exiſtimo. hoc vellēt inuidi: hoc detractoreſ: magnoqꝫ emerēt ꝑcio. At cōtra. Amici dolerēt: triſtarent̄: ⁊ penitus inſanirēt. Tandē quicūqꝫ hāc ſententiā refellere auderet nō amicus: ſed inimicꝰ: nō homo: ſed aīal irrationale putādū eſt. Pulchrū eſt ſemꝑ id agere: qd̓ egiſſe nūquā peniteat. Id autē ſi egeris: nūq̄ te penitebit. Eo magis venire debes: q̄ pater cupidiſſimꝰ: tuiqꝫ ardētiſſimus: triduo ante q̄ hinc migraret: lr̄as ad te miſerit: vt ad ſe viſendū ꝓperareſ: Teqꝫ ad extremū vſqꝫ ſpiritū nomiauerit: anxieqꝫ videre deſiderauerit: ſolita vbiqꝫ bn̄dictione nō ꝑtermiſſa. Nec ſolū dānū: vituperiūqꝫ maximū ē nō venire: ſed ampliꝰ iā tardare. Vel ſummus pōtifex: ſi filius fuiſſet: iure optimo relictis oībus: veniſſet. Qd̓ ſi nō veneris: negabo te dn̄m ⁊ amicū meū ⁊ in hoc ope: qd̓ de illius obitu cōpono: aut te ꝑteribo: aut exheredabo. Si veneris: deo in primis: totiqꝫ celeſti curie: deinde regi: mūdoqꝫ ſatiſfacias

Quod ego nõ aliter futurũ ſpero. De ingenio autẽ: doctrina: moribꝰ: cũtis
animi dotibꝰ petri: nepotis tui: comitis digniſſimi: nihil ſcribo: Tu ipſe vide
bis. Unicũ ẽ totiꝰ hiſpanie ſpeculũ: ſi dicerẽ chriſtianitatis: forte nõ mẽtirer
q̇ vir ad huc pubertatẽ attingit: ⁊ in tãta virtutũ ꝑfectiõe cõperiat̃. Scribe
rẽ plura: ſꝫ qꝛ ſpero me breuiſſime tecũ collocuturũ: nõ ſum diffuſior. Uale.

¶ Cataldus ioanni ſereniſſimo regi ſuo dño. S.

[Q]Uid agam: q̇d ve cõſilij capiã: ignoro. parauerã enĩ me celſitudi
nis tue iuſſu ad oratiunculã quandã coram gallorũ rege haben-
dam: ⁊ ad quedã alia legationi neceſſaria. Nunc vero audio ne-
ſcio quẽ mutata ſentẽtia mitti debere. q̇d ſi ſe ita habet: cuperẽ ſupra modũ
fieri certior: quid de reliquis rebus a te mihi cõmiſſis acturus ſim. Qua re
cũ nequeã hinc exire: ſupplex obſecro q̇d ſeruitij tui p̄cipuũ eſſe duxeris: me
quoqᵒ modo moneas. Hec ſcribo: nõ qꝛ ꝓfundiſſime tue diffidam memo
rie. vt q̇ ſemel tũ minimis: tũ maximis quoqꝫ rebus occupatiſſimꝰ ſtatueris
obliuioni poſſis tradere: ſed qꝛ paululũ more magno rerũ apparatui pluri
mũ interdũ obfuiſſe: animaduerti. Atqꝫ inde negligẽtia me aliquãdo forte
argui: ⁊ pueriliter erubeſcerẽ: ⁊ ſeniliter palleſcerẽ. aut vtrũqꝫ ſimul (quo ni
hil eſſet deteriꝰ) turpiſſime cõmitterem. Uale.

¶ Cataldus vallaſco ferdinando iuriſcõſulto. S.

[N]On tantũ fuit mihi moleſtũ abs te iniuria affici: q̃ graue ob nihilũ
velle te tã honeſtã amiciciã frangere. Omitto minas: quas acres
ac ignominioſas tua cõfeſſione nõ negabis. Certe nunq̃ mihi perſuadere
potuiſſem: tã modeſtũ virũ (nullis aut odij aut detractõis indicijs detectis)
in me hominẽ quietũ tã turbulẽter cõmoueri: q̇ nõ ſolũ re aut verbo quẽq̃
nõ offendo: ſed ne ioco quidẽ: regio tantũmodo ſeruitio: regniqꝫ cõmodi-
tatibus ꝑ mediocritate mea dies ac noctes intendẽs. Et hec q̇ ad te ſcribo
nõ mitigãdi tui cauſa ſcribo: ſed potiꝰ demoſtrãde innocentie mee gratia.
Nõ eniꝫ me genere: animo ve oim viliſſimũ aut timidiſſimũ ſicilia emiſit.
Et ſi forte q̇buſdã iacere in p̄ſentia videor: altiori tamẽ loco me viuere arbi
tror. Nec ego ꝑ latebras: vt tu mecũ egiſti: ſꝫ recto tramite mentẽ expromã
Uellẽ ſcire qua ratiõe: vel qua cauſa iratꝰ tã cõtumelioſam epiſtolã ſcripſe
ris. In qua licet nominati nõ me arguas: latenter tamẽ morſibus q̇buſdã
ita laceras: vt mallẽ apertius morderi: q̃ eo pacto tractari. Nõ erat in rom
bi litteris (q̇bus quedã correxerã) quicq̃: quo te notatũ iri poſſes dicere: ⁊
adhuc detineo penes me illarũ exemplar. q̇ vna cũ tuis alicubi examinabũ
tur. Et earũ cauſa hec fuit. Cũ rombus a te lr̃as accepiſſet: atqꝫ in ijs incu-
dem tuã appellaſſes: q̃ certãdo litteris in dies doctior ac prudentior euade
res: cõfecit ſuas: ⁊ vt aliq̇d adderẽ: aut detraherẽ: rogauit. Nõ potui tã bo
no amico ⁊ diſcipulo (audit eniꝫ a me vna cũ multis ⁊ leges ⁊ oratoriã fa-

cultatē)reluctari. Correxi paucula: vt ⁊ tibi ⁊ mihi voluptatē afferē. Nec
vt ſcribis: me laudabā: ꝙ malleū fortiſſimuꝫ me appellarē: ſi recte videris
epiſtolā illā: niſi rombꝰ aliter poſtea mutauerit. Jmmo te malleum fortiſſi
mū appellaui. q̄ndoquidē illū tuā incudē eſſe dixeras. ⁊ in calce līarū mea
rū erāt hec. Si reſcripſeris: multo duriorē me reperies. Quorſum hec ver
ba: vt te notarē: an potiꝰ vt facete de illo aliq̇d dicerē. Credo: varijs occu-
pationibus detētus nō recte epl̄am legeris. Nūc ab oī perturbatiōe ſemo
tꝰ: cuperē relegeres: nō niſi laudes tuas ⁊ magnas ⁊ veras īuenies. Et q̇s
fuit vnq̄ꝫ q̇ tāti faceret te: ⁊ ſcripta tua quāti ego ⁊ p̄conijs ⁊ cōtentionibus
feci: preſertim ſupiorībꝰ diebus: cū ipreſſa ea vidēda mihi offerrēt: Eaqꝫ
laudaui: qꝛ laude digna mihi videbant̄. hec refero: quoniā ita ſe habēt: nō
autē vt tibi blādiar: aut aduler. Sum eteni regia gratia cōtentus. neqꝫ id
ingenij mei eſt. Sed quedā ex ijs: q̄ in me ſcripſiſti: videamus. Dicis iſte
vates nō meminit eorū: q̄ auiamꝰ ⁊ ſalomō p̄ceperūt: ne q̇s ore ſuo lauda-
ret. Jſte vates ꝑ cōtemptū ⁊ ſpretum iſte: cū loco nō coueniat. hoc ego tibi
ignoſco. qd̄ autē me laudaueri appellādo me malleū fortiſſimū: nō cōcedo.
qꝛ nō me: ſed te: qd̄ couenīētius fuit: appellabā. qd̄ ſi mihi nō credis: dictas
litteras tibi do teſtes. q̄ in tua ſunt (vt exiſtimo) poteſtate. ſi quiſquā eſt: q̇
minꝰ ſit laudis cupidꝰ: ⁊ minꝰ ſe laudare: aut quēquā vitupare ſoleat Ego
ſum ille ſceleratus. Et paulo poſt dicis me ſignificādo. Jſte garrio. ⁊ hoc
quoqꝫ remitto tibi: tātoqꝫ libētiꝰ: quāto maior eſt iniuria Et paulo vlteriꝰ
Sed leget textū ꝓ me p̄mia digna feret. O verbū ſapiēte ⁊ litterato dignū
quonā receſſit ſapiētia: grauitas: ⁊ hūanitas tua: ſtatim ꝓrūperis in atro
citatē: quorſum hec verba tēdūt: niſi ꝙ oſtēdis perniciē te mihi paraturū:
q̄ oīa a politico viro lōge abſunt. Et p̄ter multa: in fine inquis. Cōpeſce la
bellū. quid hoc ſibi vult: Tu q̇ ſolitus es magna iudicare: hec iudica. ⁊ di-
ces tecū huiuſmodi nō peritis: nec viris: nec a peritis nec a viris ſcribēda
eſſe. Caue igit̄ ne alias in eundē errorē recidas. Videreris eni velle inter
līatos videri eques: inter equites litteratꝰ. Si quidē līarū armis: nō leno
nica oſtētatiōe ſapientē agere decet. Hec ſcripſi. pautiora fortaſſe q̄ꝫ debui
vt cogitares: vter noſtrū ſit rep̄hēſiōe dignior. An ego: q̇ paucula in laudeſ
potiꝰ tuas rombo dictaueri: An tu q̇ hec cōtumelioſe: nulla habita dignita
tū ratiōe in me manu ꝓpria direxeris. Et nihilo minꝰ in his oībꝰ tibi igno
ſco: vt cognoſcas meā multo eſſe tua hūanitate maiorē: vtqꝫ etiā ſcias mul
to viliꝰ eſſe: facere q̄ꝫ accipe iniuriā. At me (vt tu ipſe ſtatues) oibus in rebꝰ
paratiſſimum habebis. Vale.

¶ Cataldus ioanni emanueli. S.

NOn eo ad te vir: oībꝰ viris anteferēde: eo ꝙ roſarū inſtillatio a d o
mo me exire ꝓhibet: quas ſupiorībꝰ annis ex illo bono ſolo ⁊ ma

le culto ſine intermiſſione collegi. Erat enī bonũ ſolũ ⁊ male cultũ: ille: q̄ oīa
ſciebat: ⁊ nihil ſciebat. hoc eſt oīa ſciebat ſcd̄m opinionē ſuā: nihil ſciebat ſe
cundũ veritatē. Adulationis amicus: veritatis inimicꝰ. Cuiꝰ cōfuſum ige
niũ nemo vnq̄ꝫ nouit: qd̄ nec orpheus: nec amphion: nec tu ipſe oīm ⁊ ſua-
uiſſimꝰ ⁊ maximꝰ tua tāta muſica ac ſapientia mitigaſſes. Ego aũt decen
nio iā pleno: tot opibus (q̄ qualia fuerint: poſteritatis: nō noſtratum erit iu
diciũ) nihilũ ꝓfui: cũ plurimũ ꝓfuerī. Siqdē ſurdꝰ erat: ⁊ ſurdis fruſtra pul
ſat: vtpote ſonũ nō ꝑcipiētibꝰ: atqꝫ inde muſica mīme gaudētibꝰ: qͦ factũ ē
vt nec ipſe oīꝫ magiſter: nec ſui ignorātiſſimi ab oīqꝫ ꝟtute alieniſſimi ſecta
tores: ꝓfundiſſimas inuētiōes illas noſtras intellexerint: vt intellectas: co
gnitaſqꝫ amaſſent: amatas magnifeciſſent. Hinc iacui ſemꝑ ad poſtremũ
vſqꝫ diē. Sed glorioſus ⁊ eternꝰ deꝰ laudet̄. veritas: q̄ regnatura ab ada-
mo creato fuit: iā regnat. qd̄ totũ ab hinc biennio: ſemel honeſtioribꝰ verbiſ
corā baſiliſco: ſepiſſime corā ceteris manifeſta voce clamaui: Addēs illd̄ pe
riculoſuꝫ eſſe cōtra domitricē malorũ iuſticiā pugnare. q̄ oia p̄ſentes diffu
ſius colloquemur. Tu vero ſequere te ipſuꝫ ducē: ⁊ hac p̄fectura cōtentꝰ ꝓ
tēporũ cōditiōe: viue (vt facis) letus qd̄ munꝰ ⁊ ſi pre ingētibꝰ meritis tuis
minimũ ſit: ipſiꝰ tamē dātis reſpectu: maximũ iudicandũ eſt: ⁊ qꝛ ſit ad ma
iora: amplioraqꝫ aditꝰ ⁊ p̄ncipiũ. Nec boni viri magnas ſolũmodo diuiti
as deſiderant: ſed famā: laudē: ⁊ honorē. ſine q̄bus nec oīm maximos eſſe:
quiſqꝫ ſapientiſſimꝰ cuperet. Utinā vniuerſus a ſapientibꝰ ⁊ bonis viris:
nō ab imperitis ⁊ tyrānis regeretur. nō dubito: quin deo ⁊ mundo: etiā a
nō regentibus cumulatiſſime ſatiſfieret. Uale.

Cataldus magiſtro rodorico philo
ſopho: ⁊ regio medico. S.

ETſi ob tuā in me ſingularē humanitatē ac beniuolentiā res meas
magnoꝑe cure tibi eſſe ſcio: tamē: qꝛ varijs diſtraheris occupatio
nibus: nō erubeſco me ipſuꝫ: meaqꝫ oīa tibi cōmēdare: nō enī ibo;
vt preſidiũ impetrem: ad illitteratũ: imprudentē ve quempiā: ſed ad te pru
dentiſſimuꝫ: ac litteratiſſimuꝫ hominē: qui ⁊ bonũ ⁊ maluꝫ expertus: om-
nia rectiſſime nouiſti. Ait tullius. Paupertas ferenda eſt equo animo: que
ſi tanta ſit: vt ferri non poſſit. etiam ſummos philoſophos impacientiſſi-
mos reddit. Hoc tempore hec duo verba mihi conueniunt: dico que me-
cum dies: ac noctes. Eſurio: frigeo. Credo ſi rex ſciret tantam officialium
ſuorum in me aſperitatem: egre moleſteqꝫ eſſet laturus. vel iam ſcit: ⁊
vult me multis modis per triennium iam probatuꝫ: patientia ſolum pro-
bare. quod ſi ita eſt: neſcio q̄ꝑ prudēter: q̄ꝑ grauiter: q̄ꝑ regie ſe mecuꝫ gerat.
Sed redeo ad me. Poſſis mihi dicere: non ne ex interpretatione legum:
aliaruqꝫ facultatum multa cōſequeris? Reſpondeo cũ vno iuuenalis ver-

ſu. Scire volunt oẽs: mercedẽ ſoluere nemo: ⁊ ſi q̃ſquã eſt: q̃ ſoluit tã tenue ⁊ tã miſere ſoluit: qđ minimũ ⁊ pene nihilũ eſt. Et ego exercẽdi poti⁹ ingenij mei grã lego: q̃ lucrãdi aĩo. donec rex in grauiorib⁹ me occupet. Tu vero q̃ optim⁹ oĩm medicus es: cura egrotũ: imo egrum cataldum. Vale.

¶ Cataldus didaco ſouſe. S.

HOdie interpretãti mihi ciceronis oratiões: reddite ſunt littere tue. quanq̃ materno ſermone tibi (vt ſcribis) exciderũt. Doluiſſe te calamitatib⁹ meis ex illis intellexi. adeo: vt vix a lachrymis te cõtinere potueris. Magna quidẽ eſt iſta amicicie pietas. Debuiſti poti⁹ ob miſeriã: cecitatẽq; iſtorũ magiſtratuũ plorare. quia veſtrates ſunt. q̃ tã ſunt ĩpudẽtes: ac ruſtici: vt viliſſime nõ dicã crudeliſſime vltra bienniũ pene me tractarit Nec poſſũ vllo pacto mihi pſuadere: regẽ ſcire: me adhuc mercedes nõ habuiſſe. cui⁹ in me volũtatẽ optimã eſſe iamdiu pſperi. propterea vellẽ magiſtrũ rodoricũ cõſuleres. An cenſeretis eſſe illi de me ſuper his mercedibus ⁊ neceſſitatib⁹ mentionẽ eſſe faciendã. Nec cauſa miſeriarũ mearũ: moleſtiam capias: quoniã ego nullã capio. Siquidẽ hoc eſt certũ ⁊ tutũ ad philoſophiã ⁊ verã ſapientiã iter. imo (vt verius dicã) ad celũ ipſũ leuiſſima aſcenſio. iuxta illud in pauptate ⁊ nuditate acq̃ſiui regnũ celorũ. Qđ vero me ad te ire hortaris. Amor (credo) in me tuus nimius facit: vt q̃ ſcribas: nõ aduertas. vis ne vt lacerat⁹ ⁊ pene nud⁹: pedeſter huc ⁊ illuc a viliſſimiſ homib⁹: etiã ethiopib⁹ repellar ⁊ ejiciar? Malo hic inter auditores meos: q̃ cõplures ⁊ digni ⁊ magni exiſtũt: viuere: q̃ eo pacto hinc abire. Virtus eni nũq̃ cõtremuit: mĩto min⁹ in cataldo. At dices mihi qđ quereris catalde: ſi tot vndiq; ad te cõfluũt: nunqđ te in miſeria viuere ſinũt? Recte inq̃s ſed vt alias ad te ſcripſi: fugiẽdi ocij cauſa poti⁹ facio: ac oſtentãdi vires noſtras: q̃ alicui⁹ vtilitatis gratia. quoniã ſi fui ſemp liberaliſſim⁹ diues: etiã in pauptate mea natura cogit me magnificũ eſſe. quãuis nõ negauerĩ me ab illis aliqđ lucellum cõſequi. qđ quãtulũcũq; eſt: magnũ eſſe duco: cũ id ipſũ minimũ vitã mihi pſtet. Et vt credas me letũ viuere: narrabo facetiã quandã: imo caſũ repẽtinũ mihi cõtingentẽ. ioannes noſter migraturus in patriã: morã fecit in monaſterio (vt vulgari luſitano dicit) enrobregas. q; erat mecũ collocutur⁹ de reb⁹ q̃buſdã regijs: q̃ ad me attinebãt: equũ miſit cũ puero. Admirat⁹ ego equi pſtantiã ⁊ alacritatẽ: cõſcẽdi: vtpote oblit⁹ eq̃tãdi vſus. Vbi pmũ pueni in planiciẽ illã in cõſpectu monaſterij diffuſã equus ſua ſpõte cõcitat⁹ ẽ. Incipio retinere habenas: ipſe acrior atq; aſperior detentione fiebat. quid facerẽ: neſciebã. Eo magis q̃ pedes cõtractos vſq; ad ſellam tenebã: more mihi inſueto ⁊ nouo. Tãdẽ poſt longã: turbulentãq; reluctationẽ. dimitto habenas: cõmendãs me demoni. velociſſim⁹ arripit puluerulentũ iter. Joannes deambulans cum ſuis prope monaſterium me aſpiciebat: ⁊ tũ admirabat prudentiã meã: tũ caſum forte aduer-

ſuꝫ futurū timebat. Ego mi didace appropinquās flumini prope templū labenti: conatu quo valeo: cōtraho habenas. videbā me vna cū equo periclitatū ire. ex quo fluentū noua ingēti pluuia vaſtatū ex vtraqꝫ ripa aduerti. nec quicquā profeci. quid tū feci? Ambabus manibꝰ: totius corporis viribus alterā ex habenis in ſiniſtrā retraxi. quo impetu facto ſubſtitit equus ⁊ fluuiuꝫ ſedatim traieci: ſalutauiqꝫ ioannē: referēs honeſtā mortē mihi ſe tali equo paraſſe. multaqꝫ gaudia cōcepimus. pluraqꝫ de te verba fecimꝰ. ⁊ facio quoqꝫ nunc cum ceteris quotidie. Vale.

¶ Cataldus ferdinando coutino ep̄o lamecenſi. S.

Neſcio quid ſiniſtri de valitudine tua aures noſtras nup̄ perpulerat. qđ tamē nō omnino falſum a fratre tuo cognoui: expectatiſſime preſul. qđ totū: quātūcunqꝫ eſt: deus auertat. Verū cuperē ſcire abſte q̇d nā maius rome te detinet: patrie charitate? totiuſqꝫ regni incredibili vidēdi tui deſiderio? Omitto regiā in te voluntatē: fratrū: ⁊ tot tantorūqꝫ ꝓpinquorum: mirabilē quandā pietatē. An forte extra patriā degēs plus patrie: q̄ in patria proderis? Multa dicerē: ſi honeſte ac ſaluis rebꝰ liceret. Cū veneris dijs p̄mittētibus: oſtendā longe meliꝰ patrie: boniſqꝫ viris futurū: te apđ tuos tranq̃lle: beateqꝫ viuere: q̄ iſtic ꝓpter tāte vrbis nomē moleſte: p̄iculoſeqꝫ agere. An ignoras: romā bonorū virorū ſepulchrū eſſe? q̄ nō niſi in ſummo rerū cōſtitutos arripit? ⁊ vbi iā nos quietē credimꝰ cōſecutos: multo pluribꝰ: maioribuſqꝫ iuoluimur laboribꝰ. Quare ⁊ meo ⁊ tuorū oīm nomine oro te citius deſiderio in patriā redeas. vt multa collapſa reficias: p̄dita recuperes: futuris ꝓſpicias: noua iſtituas. Multa de te apud hūc regulū: dn̄m meū georgiū verba facio. Valde virtutibꝰ tuis afficitur. gauderet adeſſes: vt vna volatiles lepores ebure inſequeremur. hec ſcripſi: vt taciturnitatē tuā excitarē: ⁊ vt ſcires me a podogra: de qua ex beneuento ad te ſcripſerā: liberatum. Vale.

¶ Cataldus ſiculus lucio ſiculo. S.

Secunde littere tue fecerunt: ne priores mitterē: q̄ huiuſmodi erāt. Scripſiſti ad me ſpōte: ⁊ ipſe ꝓuocatꝰ tacui. Tu laude: ego vero reprehēſione dignꝰ. Tu humanior: diligētior: ⁊ mei amātior: ego incultior ſegnior ac ſilueſtrior iudicandꝰ ſuꝫ. Qua re ignoſce. Spero tamē poſthac me tāte erga te inurbanitati lr̄arū crebritudine ſatiſfacturū. Vale. Cōſiliū de te meum quod tantopere efflagitas: ⁊ ſi nō verum: fidele tamen ⁊ amicum accipe. Si diuitias cupis: ditiſſimam venetiarum vrbem petito: ibiqꝫ emorere. Si ad laudem: famā: breuiſſimumqꝫ fumū (quod poetis peculiare eſt) anhelas: reges tuos ſequere: aut ſaltē eorū curiā. idqꝫ aliquo modo vocatus: nō tua ſponte facias. Si vtrūqꝫ (vt decet philoſophū) negligis: i patriā reuerte. Preterea p̄uenit neſcio quid ad aures meas: de inimicicijs

tibi cū antonio nebꝛixenſi initis.parce mihi:tibi cōſulto:nō bene cōſulitur:
nō ſolū grāde erratū eſt:illū nō amicū:vero multo maius inimicū retinere.
hominē nunꝙ:ſcripta tantūmodo vidi. Iudico pꝛudentē ⁊(ſi quid in me
iudicij eſt)eruditū. Euaſiſti furioſos cōpatriotas:⁊ vis extra patriā ſolꝰ⁊
peregrinus ſicarios in te parare.qđ p̄ter ingenium tuū eſſe arbitrabar.niſi
foꝛte hiſpania alterū te ab illo:quē noꝛā: ex diuturna cōſuetudīe reddiderit
Si litteras pꝛofiteris:litteratoꝛū veſtigia ſequere:ſi vero armiger es: ꝺpo
ne togam:⁊ loꝛicā :clypeū:galeāqꝫ indue.gladiuꝫ cū pugione ad latus ap
tatis.adde ſi vis:dextre lanceā.⁊ ad cōfligētiū caſtra perge.ibiqꝫ te hecto-
ra ⁊ achillem geras. Si vtrūqꝫ ſapientiā ⁊ militiā tibi vēdicas: neuter es.
Fac queſo fac:quos nō habes:quo vis modo cōcilies:ſi quos a te alienaſti
recōcilies amicos. Nihil fedius viro togato ꝙ inter contentiones:rixas:⁊
enſes verſari.hec eſt quo ad te animi mei ſentētia. De me robuſtiſſimo bo
ue illud habeto. Iugū:qđ mane:nemine cogēte:ſubiui:ratione aſtringēte
neceſſe eſt ad noctē vſqꝫ patientiſſime ꝑferā: vt paululū:relaxāte dn̄o: con-
quieſcā.⁊ ne inutilis:eiecto onere:pro coꝛij p̄cio impijſſime excoꝛier. Foꝛtu
na in dies maioꝛa:amplioꝛaqꝫ ſereniſſima frōte nobis ſpondet.q̄ qꝛ vitrea
eſt:⁊ cū maxime ſplēdet:tū maxime plerūqꝫ frangit̃: a me nihili penditur.
Et quantū arduū:ſilicoſumqꝫ helyconē egroti:egriqꝫ aſcenderimꝰ. mino
res rectius iudicabūt:ꝙ noſtrates. Uis vt in patriā redeā? quo nā animo
illā oīm(cū venia loquoꝛ)p̄ncipum phenicē relinquere auſim? ioannē regē
qui oꝛientē occidēti in totius chꝛiſtianitatis cōmodū coniūxit? qua item ꝓ-
dita audatia georgiū illius vnicū filiū deſerā? hic viuā:hic moꝛiar: imo(vt
totū pꝛomā)malo hic emoꝛi ꝙ alibi magnificentiſſime viuere. Qđ ſcribis:
philoſophos:nō mercatoꝛes nos huc veniſſe:deus ſcit.foꝛte philoſophi ve
nimus:vt mercatoꝛes rediremꝰ. Nō eniꝫ debemꝰ noſtra tempoꝛa cū ſupe-
rioꝛū noſtroꝛū tēpoꝛibꝰ.vbiqꝫ metiri:ſed illoꝛū moꝛes ⁊ vitas ad noſtra re
ferre tēpoꝛa.⁊ in q̇buſdā illos imitari:in q̇buſdā arguere:⁊ penitꝰ cōtemne
re.quanquā nihil in veterū philoſophoꝛuꝫ vita a chꝛiſtiana religione alie-
nū cōperiamꝰ. Apud illos vir ꝓbus:q̇ ſe pauperioꝛē ꝓfitebat̃:ditioꝛ ac ſa-
pientioꝛ iuxta euangelicā doctrinā p̄dicabat̃. Noſtra vero tēpeſtate ſecus
Si oībus nature dotibꝰ cumulatus:nec nō ſalomonioꝛ incedas:ſi pauper
ſis:ridiculū:viliſſimūqꝫ caput crudeliter eijcieris. Redēptoꝛ eniꝫ noſter ſi p̄
cipiebat vēdi oīa:dariqꝫ paupibꝰ:nō erat mirandū:q̇ppe q̇ potens erat la
pides in panes:aquā in vinū vertere. Et quicūqꝫ illū ſequeret̃:nō timebat
fame:frigoꝛe ve aut calamitate aliqua perire Nūc aūt ſi facultas deſit:quo
nā pacto illiꝰ p̄cepta adiplebimꝰ? ne vnū quidē ex ſeptē miſericoꝛdie opibꝰ
ꝑficiemꝰ. Nec p̄ceptū illđ oībꝰ eque cōuenit. Nā ſi habēs filios ⁊ vxoꝛē:oīa
que habet:vendat: detqꝫ pauperibus:neſcio ſi legē adimpleat: vel potius

ſubuertat. huic itaq; hereo ſententie. Debere nos honeſto: iuſtoq; labore
querere diuitias etiã mõtes aureos (ſi fieri poſſet) cõſtruere. nunq̃ tamen
rem diuinã: nec q̃ ad rem diuinã ſpectãt: ꝑtermittẽdo ꝓ ſua quiſq; cõdi
tione. Queſitis nõ male: ſed bene in dei ſeruitiũ vti. Ac tale ſit ante queſita
bona ꝓpoſitũ: ⁊ poſt q̃ſita talis ſit diuitiarũ vſus. Pro deo liberaliſſimi: q̃n
etiã ꝓdigi: pro diabolo auariſſimi: ⁊ omnino tenaciſſimi ſim⁹. Nõ autẽ cõ
tra. Pro deo auariſſimi: ꝓ diabolo ꝓdigiſſimi. Si nos eos nos ipſi in vi-
ta gererem⁹: quanq̃ oĩa bona nõ vẽderem⁹ paupib⁹ diſtribuẽda: redẽpto
ris tamẽ ꝑceptũ: q̃ mũdũ ſeq̃mur: nequaq̃ trãſgrederemur. Sz ad ſiculoſ
reuertamur. Quid dicã? In eã nos ſiculi pleriſq; hiſpani s venim⁹ opinio
nẽ: vt dictũ hieronymo tributũ (qđ adhuc nuſq̃ memini me legiſſe) ſepe ex
probrent. Oẽs inſulani mali: ſiculi autẽ peſſimi. Eſto dixerit. Ab illa hiero
nymi ad hãc vſq; etatem: multa excurrerũt ſecl'a: ⁊ ob id varias hoĩm mu
tatiões extitiſſe. Nõ ne idẽ ſolũ vno anno ſalutiferas herbas: altero ĩutiles
ſpinas interdũ ꝓducit? Si liceret de patrie laudib⁹ ⁊ de ſingulis in oĩ virtu
tũ genere ꝑſtantib⁹ honeſte referre: nõ vane poſſem dicere. Mille facũdiſ-
ſimi oratores ab inſule ꝑmordijs ad hodiernũ vſq; diẽ ſiculorũ geſta: arteſ
ſciẽtias: ſctitateſ: ꝑ mille annos ſine intermiſſione notãtes: nõ adhuc abſol
uerẽt. ijs q̃ tã temere: tãq; ĩpudẽter cõtra ſiculos mẽtiũt: oculos q̃dẽ corpo
ris dedit excelſus de⁹: q̃bus prauos: maloſq; (ſi qui ſunt) ſiculos videant.
At oculos mẽtis: q̃bus eminẽtiſſimos: ⁊ cõſumatos ſicl'os diſcernãt: pror
ſus (vt indignis) abſtulit. Nõ aduertũt obtuſi: rudes: ceciq; ex agris fruti-
coſis: ſpinoſis: ⁊ aſperis maximos ꝓuent⁹ ſolere euenire. quotiẽs diligenti
cultura runcant: abradunt: arant: ⁊ poliunt. Equos quoq; eos ꝑcipue vi
ribus: curſu: ſaltuq; excellere videmus: quos ferociores: ꝑuerſioreſq; in do
mãdo antea cognouim⁹. euulſis enĩ eiectiſq; nature vitijs: ipſe reluceſcunt
virtutes. Et forte ſi q̃s eſt: qui mihi ĩbecilli cordis: ĩbecilleq; peritię veriſſi-
ma dicẽti fidẽ nõ habeat (in ijs pauciſſimis: q̃ de cõpatriotis attigi) nõ du-
os tres ve aut q̃ttuor teſtes incredulo (q̃bus ad ſctiſſimas furcas iuridice
ꝑducat) ſed vniuerſos fere vtriuſq; lingue autores ad teſtimonia dicenda
exhibeo. Sz de iſtis hec hacten⁹. Martin⁹ mendes erit mihi poſt hac cau
ſa tua cariſſimus: nec vnq̃ vllis in rebus iuueni deero. Vale.

¶ Cataldus ſiculus ſiculo. S.

TU ſicule quotidie fere ad me ſcribis: ego ſiculus raro: vel nunq̃ re
ſcribo. Tu laude magna: ego maxima vituperatiõe dign⁹. Qua
propter ſeuiſſim⁹ magiſter me vehemẽter increpuit. quinetiã minis: verbe
ribus quoq; promiſſis ab hac ĩmanitate ceſſare cõpulit. Igitur me tui imi
tatorẽ poſt hac experieris. De ceteris p er religioſum virũ: ludouicũ noſtrũ
quauis epiſtola cumulatius: fies certior. Vale.

¶ Cataldus marie frere illuſtriſſime marchie. S.

SI aliqua magna portugalie dña: vel regina ipſa lianora: qua ni-
hil tēporibꝰ noſtris ſapientiꝰ inuentū eſt: eo mecū pacto ſe geſſiſſet
quo tu idibus nouēbris mittēdo tres ad me nūcios te geſſiſti: in
admiratione minime potuiſſem adduci. At quādo te ipſam cōſidero: quā
ex ſibyllis vnā: vel ex nouis ſororibꝰ primā reputo: verbula illa emiſiſſe: pe-
ne e mea coactus ſum exire poteſtate. Ubi prudētia? vbi ſupra omnē viri-
lem ſexū ſapiētia? Amor in filiū (arbitror) ardētiſſimꝰ oē tibi ingenij acumē
turbauit. Retulit tuo nomine ſimon valaſſus comitis filij tui quondā ꝑce
ptor: te maxima fuiſſe affectā moleſtia: ꝙ oēs vna voce etiā inclytꝰ dux re-
gis nepos ad ſidera vſqꝫ laudaſſent lectionē illā: totūqꝫ actuꝫ a filio tuo in
ſtudijs corā ſacro collegio cōfectū: ⁊ ꝙ ego nō abierim vt ceteri cōtentꝰ: te
valde mirari: inde filiū adeo triſtatū: vt a multis lachrymis ſe nequeat tem
perare. propterea equū eſſe me iſtuc ad vos debere cōſolādi cauſa venire.
ne filiꝰ tanto animi dolore cōcepto egrotet. Et q̄q̄ ipſe ſimon nūcius vir
magne apud me autoritatis dixerit: adhuc tamen verba ea ab ore tuo ma
naſſe minime crediderī. Verū die ſereniſſimo nubila aliquādo ſe ſoli oppo
ſuit: quo lumē īpediret. Times falſo ne filiꝰ ob virtutes capeſſendas egro-
tet. Quid? ſi ego ob moleſtias iuſtiſſime ſumptas vere egrotē? pereāqꝫ? ni
hil aut parū tua tuorūqꝫ intereſſe cenſes? qꝛ comes nō ſim? nec marchiona
tus ſucceſſionē ſperem? vel qꝛ centū millia nō poſſideā? Coruis miluiſqꝫ
vbi primū linguā ꝑdidero: quoniā ꝓdeſſe nō potero: laniandū in ſterq̇liniū
crudeliter proijciar. Ex imbecilli cōſilio meo illud potiꝰ mandaſſes. Catal
de oēs in filij mei quas nuꝑ adeptus eſt laudes: cōſentiūt: ſolū te audio diſ
ſentire: peto ſi q̇d ab eo erratū eſt: corripe. Ipſe quācūqꝫ ſtatueris: paratꝰ
eſt ſubire correptionē. Totā iram: moleſtiā: meſticiā: in trāq̇llitatē: gaudiū
leticiā vertiſſem. At vero ꝑdicta ꝓferre nō eſt minuere delictū: ſed acerba-
re. Appello ſimpliciſſimū erratū ī tā erudito: ſapiēte: cautoqꝫ puero delictū
quē nō puerū: ſed virū iā maturū multo fuiſſet cōuenētiꝰ dicere. Errat ru-
dis: indoctꝰ dignꝰ eſt venia. Errat callidꝰ: doctꝰ nō eſt venia: ſed rephēſiōe
digniſſimꝰ. Nec mireris ſolito acrius me iratū fremere. Siquidē oēs bone
filij actiones: etiā fere bone ſuauiſſimi ſunt parētibꝰ cibi: ꝑceptori autē ſeue
ro nō niſi optima diſcipulorū facta ſaporē: plenāqꝫ ſuauitatē afferūt. Hec
volui ad te ſcribere vt tu q̄ domū: vrbem: regnū deniqꝫ totū tua deuotiōe:
ſanctitateqꝫ ſubſtētas: intelligeres irā meā iuſte: tuā autē ⁊ filij moleſtiam
immerito fuiſſe ſuſceptam. Vale.

¶ Alphōſus ꝑnceps portugalie innocētio pape octauo. S.

ET ſi minime veremur beatiſſime pater: pro tua ſolita: imenſaqꝫ be
nignitate īpetrari poſſe ea. q̄ ſanctitati tue rex dñs ⁊ pater meꝰ ſup

plicat:tamē nō alienū a nobis viſum eſt idē quoq3 ſuppliciter expoſcere:vt
gubernationes:adminiſtrationeſq3 magiſtratuū ſancti iacobi ꝛ auiſij ſan
ctitas tua in nos trāſferat:eo pacto:quo rex dñs ꝛ pater meꝰ poſſidet. Quā
uis aūt matrimonio.minoriq3 etate ipediamur:benigne tamē nobiſcū tua
ſctitas diſpēſare dignet̄.qd quidē maximo ꝛ imortali muneri aſcribemus
hec petimꝰ:nō ꝙ in illis vllā difficultatē dubitemꝰ:ſi nos ſiml' nō ſcribamꝰ
ſed tātūmodo vt aliquādo S.T.bñficijs (ꝑter meā in illā nō minꝰ volūta
riā:ꝙ debitā pietatē) debere:obligari:deuinciriq3 iam incipiamꝰ. Uale.

¶ Cataldus emanueli duci begienſi. S.

GEorgiꝰ meneſius vir nō minori ꝓbitate:igenio:ac doctrina ꝑditꝰ
ꝙ ſanguie ꝛ generoſitate clarꝰ effecit:vt mlta q̄ i ioānis r̄gis:liano
re regine:alphōſi quōdā filij:laudes ſcripſerā:ꝑdita fere iā recuparent̄ Nā
q3 ea tū tēporū:locorūq3 vitio:tū mei ipſius egrotationibꝰ ipedientibꝰ non
poeticā rubiginē cōtraxerāt. Solus vir ille ſua ſponte nō ſine maxima dili
gētia cōquiſiuit.quorum pars humoribꝰ:frigoribuſq3 cōſumpta (vtpote
humi repoſita ꝛ neglecta) pars iperitorū mala tractatōe deprauata fuerat
Nūc aūt cū ꝑ georgiū:ſi nō oi:ſaltē magna ex parte in lucē integra redeāt:
multo magis illi ꝙ mihi regē ipſum debere exiſtimo.tantaq3 operū autori
futura eſt leticia:q̄nta parēti filio mortuo diuina ope ad vitā reuocato. Tā
dem interlegēdū ex multis paucula hec elegi.q̄ ad te lr̄arū amātiſſimū trāſ
mitterē:nō vt rem magnā.ſed ſolū vt intelligeres me inter inumeras animi
corporiſq3 vexatōes (qbꝰ tpe illo diuellebar) nunq̄ me a tuarū laudū cōpo
ſitiōe ceſſaſſe:q̄s ſpo grādiori:ápliori q3 ſtilo lōge diffuſiꝰ executurū. Uale.

¶ Cataldus ioanni norogne. S.

ET ſi quotidie ad te ſcriberē:nunq̄ tamē animi mei deſideriū exple
re poſſem. Sed ſpero fore aliquādo:vt queādmodū mēte abſens
te itueor:ita ꝑſens iocundiſſima cōſuetudine tua frui poſſim. Incitat etia3
me nō nihil:imo maxime ratio cōpellēdi te ad latinitatis exercitationē. Nā
ſi oibus litteris meis (vt cepiſti) reſpōdebis:illud ꝓfecto cōſequeris:vt pau
cis poſt diebꝰ in dicēdo efficiaris ceteris eloquētior. Et tuis ꝛ mihi ꝑcipue
ſingularē afferas voluptatē. Quā ob rem nō tātū rogo te:ſed cōſtringo:vt
poſt hac ſingulis litteris meis ꝑ ſingulas ep̄las reſpōdeas.aut ſaltē binis q̄
buſq3 meis ſingl'as reddas.qd ſi nō tui exercēdi cauſa efficer̄ volueris:mei
cōſolādi gratia facito. Si deꝰ ſeruet mihi animā.nihil mihi gratius aut ſu
auius cōtingere (hoc ꝑſertim tpe) poterit:ꝙ te ꝑ lepidiſſimas lr̄as cōtēpla
ri. Ad didacū ſouſam nō ſcribo:ſum eni illi ſubiratꝰ. Ex quo totiēs ad eu3
ſcripſi:ꝛ ipſe tacuit ſemp. Donec ad me totidē nō mittat paginas:quot ha
buit a me:nunq̄ litteris eū viſitabo. At dices mihi tot rebus occupatꝰ:nul
lū illi ſcribēdi ſupereſt tēpus.quaſi ego neſciā:q̄ ſint iſte tāte occupationes.

Eſto ita foret. Nūq̄d nefas eſſet: ſi ex viginti q̄tuor horis pauxillulū rapet:
ꝛ ad cataldū: quē tātope amare ſe iactat: ſcriberet? Ego aūt recte valeo: q̄
vt ꝓſperis quondā rebus nunquā vltra modū elat⁹ ſum: ita nec aduerſis ī
p̄ſentiarū opp̄mor. Poſſem iā vere illud clamare Expectās expectaui dn̄ȝ
ꝛ auertit ſe mihi: ꝛ induxit me ī lacū miſerie: ꝛ in lutū fecis. Verū ignoro vtra
gratia prius a tā tetro ꝛ cenoſo carcere me relaxabit. Certe interdū mecuȝ
nō ſolū rideo: ſȝ cachinnor: ꝛ cachinnādo omnē ante actā vitā ī clariſſimis
italie vrbib⁹ aīo euoluo: ꝛ letor ꝛ gaudeo in tā bonā ꝛ tā felicē cōditionē de
ueniſſe. Fac obſecro: vt oīa mea ſint mecum cōſumata: nunq̄: ſicut coꝛne⁹
ſcribas: nec reſcribas. Vale.

¶ Didacus almeide ordinis hieroſolymitanorū cōmenda
tarius beatiſſimo patri: innocentio: pape octauo. S.

Et ſi nunq̄ virū aliquē decuit: ore ꝓprio ſeipſum cōmēdare: beatiſ
ſime pater: ꝛ quāto q̄s generoſior ꝛ p̄ſtātior eſt: tāto modeſtior: tē
peratiorq̄ȝ eſſe debet: in geſtis: virtutibuſq̄ȝ ſuis cōmemorādis: im
mo ī cognite poti⁹ dimittēde ſunt virtutes: q̄ ab earū autorib⁹ referāt. Ta
men vbi laceſſit⁹ eſt: ꝛ iīuria affect⁹: ſi q̄ laudabiliter ſtrenueq̄ȝ geſſerit: ipſe
met ꝓpalauerit: non vituperandū illū: nec arguendū: ſed laudandū ꝛ ma
gnificiendū arbitramur. Propterea ſi hoc tp̄e aliq̄ eorū q̄ ꝓ fide chriſtiana
ꝛ p̄ hoc ꝓ ſummis pōtificib⁹ illi⁹ rectorib⁹ ꝛ defenſorib⁹ geſſerim ad B. T.
ſcripſero: peto ſupplex veniā. Et nō arrogantē me: ſupbūq̄ȝ beatitudo tua
iudicet: ſed coactū: inuitūq̄ȝ ꝛ ius meū defendentē credat ꝓculdubio ad ea
deſcēdiſſe. Quib⁹ auditis ſpero: cōfidoq̄ȝ B. T. nō ſolū ab alijs mihi cōceſ
ſa: nō derogabit. ſed lōge maiora bn̄ficia p̄ſtabit. Nā (vt omittā cetera) cū
ſixtus quōdā papa habitū ſancti ioānis mihi induiſſet: ſua optima virtute
cōceſſit: vt in eccleſijs parochialib⁹ ſcti petri: ad ſexcentorū ducatorū ſum
mā: ꝓuentū poſſem cōſequi. Verū quinquēnio fere ab hinc S. T. ſuis lr̄is
reuocauit: cōmēdatarios ſcti iacobi eccleſias ī ſctō petro habere poſſe: nec
quenq̄ ex ſctō ioanne habere voluit. quāuis in ꝓfeſſione hac: null⁹ p̄ter me
foret: tali priuilegio munitus. Et certe credim⁹. S. T. ꝓ religioſo ꝛ ꝓfeſſo
minime ītellexiſſe. Eo magis cū a pueritia ꝓ fide catholica ſanguinē ipſuȝ
ſepiſſime ſparſerim. in qua re ꝛ deū ꝛ mundū teſtes adduco. Et vt hinc in
cipiā annorū vix q̄ndecim puer alphonſi quondā regis aſſeſſori⁹ in aphri
cā traieci vna cū illo: ꝛ in vrbis ſeptēſis agro cōmiſſo p̄lio: habitaq̄ȝ victoria
cōtra mauros nō nihil egregij ꝓ etate illa puerili gerēs: nō ſine maximo pe
riculo euaſi. Deinde ad q̄ttuor annos rege noſtro in patria cōmorāte: p̄lio
qd̄ aduerſus regē phecie ꝓceres portugalie cōmiſerūt: interfui. ꝛ vires iu
ueniles cū mediocri laude expertus ſuȝ. Poſtea vix trāſacto quinquēnio ex
pugnatiōi arcille ꝛ tinges (quorū alterū p̄clarū oppidū; altera vrbs in mau

ritania celebris) interfui. ⁊ pene p̄fui:nō infimā laudē adeptus. Deinde de
cēnio exacto cū clariſſima inſula rhodus:in lycie regione cōſtituta:ab ima
niſſimis teucris eſſet obſeſſa:quāuis nl̃los (vt ceteri) a religiōe haberē red
ditꝰ:ſpōte tñ ac ſūptibꝰ meis vt deo:ſanctoqꝫ pr̃i ſeruirē:nauigiū quoddā
armaui: ⁊ centū viginti hominibꝰ: electis quidē ꝙ optime inſtruxi. Jn iti
nere a mōte nigro pyrata ienuēſi eccleſie ⁊ multoꝝ nauigātiū vaſtatore cū
duabꝰ triremibꝰ in freto infero ꝓpe ilbā inſulā inſidijs circūuentꝰ: diuino
auxilio adiuuāte capta vna ex triremibꝰ:altera remis effugiēte:in ciuitatē
veterē me recepi:magna parte meoꝝ ex crudeliſſimo certamīe vulnerata:
me vero lācea vultū ꝓfundiſſime pforato. Ex quo loco p̄dictꝰ pōtifex a ſuiſ
de hac re certior factus:lr̃as ſtatiꝫ ad me miſit.tū mihi cōgratulādo: vt ad
huiuſmodi facinora exhortādo. Ego autē triremē cū gēte dono p lr̃as ob
tuli. Acceptauitqꝫ libēti aio:ac reſcripſit: vt ad. S.ſuā in vrbē omnino cō
cederē A quo tāta hoſpitalitate:tāta vrbanitate:tātaqꝫ liberalitate exceptꝰ
ſuꝫ: quāta ſi dicerē pius pater optimū filiū excipit:nō mētirer. multa ⁊ que
cūqꝫ cuperē:offerēdo. Jdqꝫ in cardinaliū p̄ſentia effecit:iter quos ⁊ ſctitaſ
tua tūc cardinalis aderat. Tandē cū rhodū ab obſidione liberā aduenirē:
ne fruſtra lōgiſſimū:piculoſiſſimūqꝫ iter feciſſe viderer: vna cū q̄buſdā na-
nibus:magiſtri rhodi iuſſu vlteriꝰ in aſiam ꝓgreſſi ſumꝰ: ⁊ aliq̄ teucroꝝ
oppidl̃a expugnauimꝰ:igni:ferroqꝫ fūditꝰ euertimꝰ, ⁊ circiter cētū teucros
armoꝝ vi:cōprehendimꝰ. Aqꝫ etiā ad paucos dies quandā onerariā na-
uē:teucris oneratā in cōſpectu rhodi iuaſimꝰ: victoriā nō indecorē reporta
uimꝰ. Jn quo cōflictu vltra plures aduerſitates:armatꝰ ī ꝓfundiſſimū ma
re decidi: ⁊ miraculo quodā dei bis emerſi:arreptuſqꝫ capillo ab homīe nō
noto:miſerabile euaſi fatū. Functꝰ igit̃ officio:cui me deſtinauerā:audita
qꝫ magni teucri morte: in patriā redire ſtatui: vt qualēcūqꝫ poſſemꝰ opem
promptiſſimo ferremꝰ aio. Jueniqꝫ oppidū a captiuitate liberatū: qđ bi
duo:aut triduo ante aduentū meū factū eſt. Et forte illuc vnꝰ ex primis ve
niſſem:niſi ſummꝰ pater cū roma trāſiui:rhodi p̄ſidiū curare me prius iuſ-
ſiſſet Jtaqꝫ ante ꝙ in patriā redijſſem:annus p̄terierat.quē totū nō in deli-
cijs:aut latrocinijs:ſed in dei ſeruitio fundēdo ſanguinē cōſumpſi. Deinde
ſeptēnio elapſo ioannis regis mei p̄cepto q̄buſdā actuarijs gerarijſqꝫ na-
uigijs:q̄ luſitani taphareas:greci ιπποφορας dicūt:in aphricā traieci:pri
mus oim eoꝝ: qui hoc in regno huiuſcemodi vſi ſint nauigijs. ⁊ bis illuc
traijciēs:tantā mauroꝝ cladem cōfeci:partim occidēdo trucidādoqꝫ:par
tim in captiuitatē redigēdo. vt quicūqꝫ:etiā chriſtianus:viderit: ad cōmiſe
rationē cōmoueret. De hinc ad trienniū ne oſſa mea rubiginē cōtraherēt:
idem rex dñs meꝰ ductorē gratioſe caſtro me p̄poſuit:qđ nup ad mauroꝝ
pniciem in aphrica cōſtruxerat. viginti q̄nqꝫ millia paſſuum a freto diſtās

flumine interlabēte. vbi tāta poenorū multitudine obſeſſus fui: vna cū mil libus ꝛ q̄ngentis generoſis: quantū a mille annis infra nemo forte viderit. nec mirū. Uenit enim ipſe rex phecie ꝛ equitibꝰ ꝛ peditibꝰ innumeris comitatus. De qua re ne moleſtiā S. T. afferā: nō ſcribo particulatim. Modo acerbiſſimā famē: modo graues egrotationes tolerādo: euaſimꝰ ieſu ꝑuio canes auidiſſimos: cōcordia inter nos firmata: vti ſapiētiſſimo regi in dei ſeruitiū ꝓbatū eſt. Poſtremo miſſus ad potentiſſimos caſtelle reges legatus: dum in obſidione bethyca occuparet̄: vbi aſprimū ꝓliū ꝑparabat̄: cū oratoris officio a ꝓlio me potuiſſem excuſare: tamē: q2 ꝓ fide catholica agebatur: nō demiſi animū arma cōſueta induere: ꝛ vt meū erat: certare. vbi ꝑmiſſione ſupna victores extitimꝰ. ac ingentē maurorū ſtragē cōfecimus. ꝛ vulnꝰ: qd ſagitta i pede acceperā: dulciſſimū fuit. Tādē vt finē faciā: plura ꝑtermittēs: ſupplex S. T. oro: vt q̄ a ſctiſſimo quōdā ſixto mihi cōceſſa ſūt S. tua cōfirmet: vereq3 ſibi pſuadeat: me ꝓ fide chriſtiana ad nutū ſctitatis tue nutū his ſilia ꝛ maiora approbāte deo facturū. Felix valeat. S. T.

❡ Cataldus illuſtriſſimo georgio regis filio. S.

Iam humor ille melancolicus abijt: deo duce nunquā amplius ad me rediturꝰ Iā oīs meſticia repente euanuit. Ego deo gratias: ꝙ nō me mēdacē cōperies: in ijs q̄ de tāto viro: tātope: ꝛ tādiu ꝑdicauerim. Ecce adeſt: nō minꝰ tuo: ꝙ regio obſequio traditus: deditꝰ: ꝛ dedicatus. Mira res ꝛ inaudita. quondā diſcipulꝰ: factꝰ eſt mihi ꝑceptor. Nullū in eo habebit inuidia locū. Adeo munitꝰ: adeo armatꝰ: adeo fultꝰ venit: oīm virtutū armis: ad oīa cuiuſcūq3 fortune tela: vt queq3 maxima ſub pedibꝰ tutiſſime cōtinere videat̄. vel ſummo pōtificatu digniſſimꝰ eſt. Nō amor: nō amicicia: nō deniq3 aliq̄ vana ſpes me fallit. Magna de eo ſemꝑ ſperaui: ſed nō tā magna ſpaui: q̄lia video: cerno: tango: ac maniſeſtiſſime experior. Quodq3 magis admiror: ꝙ tāto: ꝛ tā laborioſo itinere fatigatus tāq3 graui egrotatiōe ipeditus: intrinſice virtutis lumina facillime ꝓferat Adhuc te nō viderat: ꝑter (vt credo) ab infantia: ꝛ iā te ob ſummā exuperātiā: amabat: colebat: ꝛ obſeruabat. Tuas itaq3 oſculat̄ manus. Ac tui ipſiꝰ benignitate fretus: me hic ſecū detinet. erā enī ocyſſime reuerſurꝰ. Interim te ad aliquā luculētā orationē ꝑpara Uidebis alterū moneta riū. clemētiſſimus deus te ab omnibus aduerſis protegat. ꝛ tu quoq3 quantū potes illa euita. nec appetitui iuuenili nimium indulge. Uale.

❡ Cataldus ioanni emanueli: ꝑmo cubiculario. S.

Illuſtriſſimꝰ dux cauſa fuit: vt ad te tā cito poſt diſceſſum hinc tuū ſcriberē. Nā cum ab eo lr̄as ad reginā caſtelle ꝓ doctore franciſco patruele meo peterē: reſpōderetq3 ſe ad fratrē ꝛ ad te libentiſſime ſcripturū: oblationē tāti dn̄i nō ſum auſus renuere. Siq̄dē tātū ab amico ca

ꝙ moleſtū eſſet: amittere germanos: ſenſi etiā quāto moleſtiꝰ foret vtroqꝫ
parēte orbari. Sed adhuc nō ſenſerā ꝙ moleſtiſſimū foret: amico optimo
p̄uari. Ergo ne oīm malorū eſſem expers: voluit fortuna vt hoc quoqꝫ ma
lū intolerabile ſentirē. Ecce eripuit mihi illū: quē ſumma diligētia iamdiu
parauerā: quē vnice p̄ ceteris amare gaudebā: meqꝫ ab illo amari magni
faciebā. In quo ſummū bonū merito poſuerā: in quo oē vite mee fundamē
tū fideliter iecerā. nec vulgaris (vt quorundā eſſe ſolet) erat iter nos mutua
beniuolētia: ſed vera: integra: ꝛ nullo tēpore ſoluēda feruebat. Preſentes
nō niſi de virtute: optimiſqꝫ moribꝰ loq̄bamur. Abſentes ꝑ frequētiſſimas
lr̄as id idē faciebamꝰ. Quid plura: ne minima q̄dem ſuſpitio fuit vnꝙ mi
nuende amicicie noſtre. Immo in dies augebat: in dies gratior fiebat. Tā
dem de tā cōſtāti: ſinglariqꝫ amicicia noſtra: ij teſtes eſſe poterunt: q̄ vtriuſ
qꝫ animū bene nouerāt. Declarāt etiā id totū littere illiꝰ ad me. q̄ ꝛ amore ꝛ
charitate pleniſſime penes me adhuc extant. Sed finis ſit. nolo enī p̄terita
ampliꝰ cōmemorare. q̄ ꝛ ſi viuo illo iocūda fuerāt: mortuo tamē iniocūda

infeliciaq; oīa videntur. Quinetiā meſticiā augerēt potius ꝙ leuarēt. Tu itaq; qui prudentiſſimus es: eo animo aduerſitatem iſtam tolerare debes quo te imbuit natura: ⁊ docet philoſophia. habereq; ante oculos debes il-lū pegiſſe: quē debebat nature curſū. Cogitareq; ante oīa velis: deceſſiſſe eū e vita. quo nihil elegātiꝰ: nihilq; digniꝰ hac noſtra etate vidimꝰ. fac igit̄ ſi dolorem iſtū ex animo prorſus tollere non potes: ſaltem aliqua ex parte prudentia tua mitiges. Uale.

Cataldus ludouico bracho veneto. S.

MEa in te ſinglaris beniuolētia facit: vt ī ſcribēdis ad te litteris ſim diligentiſſimꝰ. Immo facit vt ſim fortaſſe īportuniſſimꝰ. Tu vero q̄d cauſe ſit: cur nō ſcribas: minime video. qua ꝓpter nō immerito negligen-tia te accuſare poſſū. Memini enī ſemel (cū iſtic eſſem) acriter te increpuiſ-ſe quoſdā: q̄ abſentes amicos obliuiōi tradidiſſent. exhortās quoq; me nō parū ne in eū errorē aliquādo inciderē. nūc autē cū abs te id fieri videā: dic mihi qua pena mulctandꝰ es? Tu q̄ in aliena cauſa equiſſimꝰ eras iudex: ī tua quoq; cauſa fac recte iudices. Et ſi qua habes in defenſionē tuā argu-mēta: mihi explica. forte a tā lata culpa te liberabo. Scripſi ad te poſt meā iſtinc ꝓfectionē: nō tantū ſemel atq; iterū: ſed decies fideliſſimis nuncijs ad te lr̄as tradidi. A te vero nō modo aliq̄d litterarū nō accepi: ſed adhuc ne minimā q̄dē ſalutē tuo nomīe mihi aliq̄s nūciauit. Qđ fieri ſolet: quotiēs aliqua ī re occupati: ſcribēdarū lr̄arū facultatē nō habemꝰ. Iubemꝰ tamē amicos ꝑ nūcios ſaluere. Quo fit: vt nec ignaui ab amicis iudicemur: nec amicicie noſtre tali ꝑtextu diffidere audeāt. Ego vero nō ꝓpterea litteras tuas tātope efflagito: ꝙ amicicia noſtra ea ſit: q̄ lr̄is excitari debeat: ne ſopi-ta iaceat: ne ve oblita ſui prorſus corruat: ſed q: ſi ſcriberes: intelligerē pri-mū de ſtatu ac valitudine tua. qua nihil optabiliꝰ expecto: nec quicq̄ ardē-tius deſidero. Leuares quoq; me maximo merore: quē nuꝑ ob amiciſſimi mei obitū: aīo cōcepi: amiciſſimi dixi: imo ob mei ipſiꝰ obitū. Erat enī beſ-ſario maluicius alter ego. Si deꝰ me amet. nō amicū amiſiſſe me arbitror: ſed vitā atq; animā hāc penitus ꝑdidiſſe exiſtimo. Unde nulle ampliꝰ me delectāt muſe: nulla carminū genera ſolari poſſunt. quinetiā nulla philoſo phie p̄cepta occurrūt. q̄ aptiſſima ſunt ad omnes fortune caſus tolerādos. Unū tantū mihi reliquū eſt ſolatiū: amicorū lr̄e. q̄ ſi iocūde mihi afferūtur: leniūt ſaltē dolorē: q̄ndo extinguere oīno nō poſſunt. Tu interī ſi me ꝑ aliq̄s viſitabis pagellas: nihil mihi iocūdiꝰ: nihilq; gratiꝰ efficere poteris. Uale

Cataldus antonio melitenſi ſiculo. S.

CUm due ſint capelle antoni mi: quarū altera emuncta: attonita al-tera dicit̄. ō vtra tamē dubitas: ne tibi cibū auferat: ignoro. Emun-cta enī eius eſt nature: vt quos habet cytiſos: tecū potiꝰ paſceret. ꝙ tuos

tibi inuito tolleret. Attonitā autē capellā nihil eſt quod timere debeas. Si quidem vidimus eam nuper a voraciſſimis lupis fuiſſe cōprehēſam. quin etiam miſere diſcerptā: ⁊ penitus deuoratā perſpeximus. neqꝫ rem hanc fabulam: ſed veram hiſtoriam credas. Atqꝫ eo minus extimeſcas: ꝙ tu es (vt ipſe ſcribis) veruex ſicul⁹. Sed potius τογ εγορχαγ τογ. λιβυκογ κγακογα φιλαδεο μιτυ κορυχη. qui penes te eſt. De illo autē: quē habraam⁹ oppreſſit: dolere nō debes. nā ex quo ruri degit: effect⁹ eſt opulētior ex ruſticorū hoīm cede. quā victorioſiſſime quotidie cōficit. Alter: q̄ refertiſſim⁹: nunq̄ adhuc ſatur extitit: tūc credo ſatur erit: cū pre nimia crapula crepabit. Janua vero illa: ex qua pecuniā dicis te expectare: in qua ſit orbis parte: neſcio. ob hoc igiť rē tuā curare neq̄o. Verū hoc ſcio eſſe mercatorē quendā ienue: quē tibi debitorē eſſe intelligo: ſi voles: efficiā cū illo: vt q̄ celerrime voti tui fias compos. Vale.

¶ Cataldus baptiſte guarino. S.

Arrogantia magna eſt baptiſta mi quēpiā ſe ipſuꝫ cōmēdare. Et cōtra. multo maior eſt negligētia: ſi quis dign⁹ cōmendatōe: ijs q̄bus ignot⁹ eſt: virtutes ſuas nō exponat. ita tamē ratio hec locū habebit: ſi modeſte: ſi tēperate oīa fient. oportet eni nos cūtis in reb⁹ nō ignaros eſſe cōmunis ſenſus. neqꝫ obliuiſci debem⁹: audaces a dn̄a rerū fortuna plerūqꝫ adiuuari. Igiť mirari noli: ſi quādoqꝫ vir ille ſe ipſuꝫ collaudare ſoleat. hec ſentio. Tu doctiſſimo patre doctior ſi q̄d melius teneſ: pro ſolita humanitate cupientibus nobis imparti. Vale.

¶ Cataldus aurelio oratori. S.

Quod ſcribam ad te mi aureli: habeo nihil. ſuperiorib⁹ enim dieb⁹ diffuſius ſcripſi. Qua re auidus ego nimirū: ſitiēſqꝫ optatiſſimas litteras tuas expecto. ſi accepero mirandū in modū gaudebo: credāqꝫ vere te ſcripſiſſe: ſi nō accepero: in ſentētiā huic cōtrariā trāſmutabor. Vale.

¶ Cataldus valentino facundo viro. S.

Saluus ſis balearū decus. Occurrit mihi his dieb⁹ religioſus quidam: nomine dauid: nunq̄ antea a me cognit⁹: q̄ vbi primū audiuit ex me breui te in patriā migraturū: ſtupid⁹ ⁊ cōfuſus: pene ſemianimiſ cecidit. clamās o me miſerū: o me infelicē: ibit ne ī patriā: anteq̄ illū videā: ſequar dn̄m meū ad baleares vſqꝫ. vel mortu⁹ adibo eū: q̄ vitā hāc mihi p̄ſtitit. Ego mi valētine vidēs iſta tā repente fieri: admirat⁹ ſum eq̄dē ſupra fidē. ⁊ vnde foret hui⁹ rei nouitas: obſtupui. peto ab eo quis ⁊ cuias eſſet: vt ſe bononiēſem: ac tui amantiſſimū eſſe dixit: cepi hominē verbis ſolari. affirmās. te nō prius bononia abiturū: q̄ illū venetijs viſeres. hoc itaqꝫ pacto mitigat⁹: meſticiā ⁊ dolorē in riſum ⁊ gaudiū cōuertit. adeo vt pre leticia geſtiret. O q̄ p̄conia de te referebat. o quot ⁊ quāta de animi tui p̄ſtā

tia p̄dicabat. de humanitate: de liberalitate: de multarū rerū peritia. q̄d di cam? Ea de te multis p̄ſentib⁹ narrabat: q̄ vix de priſcis illis romanis narrari potuiſſent. Quinetiā aiebat abs te e carcere liberatū: eā quoq3 quā poſſideret vitā: tua cauſa retinere. Eleua ad deū mētē: cū grārū actiōe: te nō tātū a p̄ſentib⁹ amicis amari: ſʒ a remotiſſimis obſeruari ⁊ magnifieri. Vale

Cataldus neſtori maluicio: equiti hieroſolymitano. S.

QUia nulla mihi ſcribēdi dabat̄ occaſio: iāpridē nihil ad te ſcripſi. eo magis: q̄ ex multis nuncijs plura de te audiebā. In p̄ſentia autē cū federicus rādacius ⁊ cōciuis: ⁊ optim⁹ mihi amic⁹ romā petat pōtificis ſummi pedē oſculatur⁹: has breuiter notaui: quib⁹ intelliges fore mihi gratiſſimū: ſi ſuis i reb⁹ hominē adiuueris. Is nō minoris eſt nobilitatis: q̄ ingenij: fidei: ac p̄bitatis. fac queſo: ſi me amas: illū nō deſeras. ⁊ q̄ potes plurimū: ⁊ ſoles p̄ amicis ardentiſſime interuenire. Vale.

Cataldus gaſpari maluicio pretori. S.

NOlui ad te: niſi rem perfectā ſcribere: vt latius tibi de collegio gratias agerē. Gaudeo in primis p̄ces tuas tātope apud patrē valuiſſe. debeoq3 ob id tibi multū: multo tamē magis illi. fecit eni vt ſapiētiſſim⁹: ⁊ gratiſſim⁹ quiſq3 in ſuos fideliſſimos facere debet. Nā de duob⁹ locis in collegio ancarani eodē momēto vacātib⁹ iocūdiſſima fronte cōceſſit nobiſ alterū. nec q̄cquā expendi laboris: nec rei. Omitto honorē: ⁊ laudē. quā in hac re adeptus ſum. Iſta ſunt merita: q̄ familiariſſimi veſtri a vobis expectāt. Iſta: iſta ſunt fercula: q̄ deditiſſimis veſtris porrigitis: inopinata q̇dē ijs p̄ſertim: q̄ maluiciorū cauſa corpus vna cū anima perderent. hec ſcripſi plura fortaſſe: q̄ debui. Quod ſi iure inſolens iudicandus tibi videor: iudica. Si minus: noli iraſci: meq3 immerito damnare. Vale.

Cataldus gaſpari maluicio: pretori. S.

PIetas tua in parētē facit: vt amici dolorē nō videas. vel ſi videas imerito ſuſceptū eſſe affirmes. Laudo quidē pietatē iſtā. ſed neſcio quomodo probē illud: qd̄ ſcribis: me ſubito ⁊ ſine cauſa iraſci. Nō ſum tā icōſult⁹: quin aliquādo ratio ipſa ſit mecum. ⁊ quādo id cōtingit: tūc ſup meritis tuorū in me cogito: ab oī ira: ab oīq3 p̄turbatiōe remot⁹: ⁊ videor mihi vix poſſe tantū queri: quātū adhuc iure optimo queri poſſem. Me dico: q̄ ne leſus quidē ab amicis: ſubiraſci ijs (vt fas eſſet) ſoleo: q̄ndo forte aliqua in re me offenderint. nec ſemel aut bis: ſed decies offenſus: equo aio illos p̄fero: ⁊ quib⁹ poſſum rationib⁹ a culpa defendo. Teſtes ſunt ij: qui iāpridē naturā meā bene norūt.. Sed ad rem reuertamur. Vellē ſcire abs te quonā pacto ſubito: ⁊ ſine cauſa iraſcor? Scilicet q̄ p̄ vos ⁊ a vobis plura cōſecutus ſum beneficia: nūc deſtitutus in minimo: Elatro. O me ingratū. nō debeo id facere. Immo quādo fuit. quo ego a tuis nō niſi vana ⁊ irrita verba

receperim?ſi quãdo ad eos veni.quanq̄ rariſſime maluiciorũ opa viſus ſũ
Nec niſi ꝑ re honeſta alicuiꝰ amici gratia coactus vos adij:quã a quouis
mediocri ciue meliꝰ ĩpetraſſem. At dices mihi:quo iure:quo vinculo tibi te
nemur? Reſpõdeo.nullo. Si amicicie vinculũ:nullũ facere poſthac ſtatui-
mus. Sed ex quo videbatis vos a me fideliſſime amari:debuiſſetis ſaltē
(pſertim ſine diſpẽdio veſtro)amorẽ meũ admittere.nec iſto modo cõtem
nere. Nã vnuſquiſq3 natura ipſa ab oibꝰ ſe amari gaudet.etiã a viliſſimis
Uos autẽ neſcio quãdo amorẽ meũ cognoueritis. Ille opifex oim rerũ ds
ſit verus ⁊ optimꝰ iudex. Agit̃ iã annꝰ q̃ntuſdecimꝰ:quo extra patriã meiſ
ſumptibꝰ ſemp magnifice vixi:ita ſpero duce deo in poſterũ me victurũ ſi-
ne iſto collegio veſtro.qđ ego nõ ꝑ me:ſed ꝑ patruele(vt ſcis)meo ꝓbatiſ
ſimo iuuene tantope cõquirebã. Tandẽ velim ſcias:ꝙ nõ doleo de nõ ĩpe
trato collegio.q2 vnaqueq3 minima ratio pſuadet mihi:nõ potuiſſe ſatiſfie
ri.neq3 ego ſum tã demẽs:q̇ rem difficilẽ habere voluiſſem. Quid ergo cõ
quereris? dicã ſi potero.quoniã nec ante nec poſt latã ſententiã mẽtionẽ de
me fecit.quo potuiſſem cognoſcere iſtũ animũ erga me veſtrũ.quẽ tu ma-
gnũ eſſe p̄dicas. Si fuiſſem nõ is:q̇ ſum:ſed ſeruꝰ:dixiſſet ſaltẽ mihi ſerue
placere tibi nequeo.iſto verbo fuiſſem ſatis cõtentꝰ:nec queſiſſem plura tã
ti id extimaſſem:q̄nti ſi receptaculũ habuiſſe3. At ꝓmiſit iã biẽnio ante:de
inde ilari vultu cõfirmat:dat ſpem magnã ſalutis morituro:demũ a furcis
manibꝰ ꝓprijs infelicẽ demittit. Dic mihi tu:q̇ equiſſimꝰ es iudex.quo nã
aĩo debeã tolerare iſta? q̇ totꝰ a ſpe veſtra pendebã. Uos p̄mos amicos ⁊
dños meos reputabã.quos integerrime amaui ſemp:magnifeci:ac obſer
uaui. Qđ autẽ ad te amãdũ me hortaris ſupflua fuit hortatio iſta. Siqui
dem ſemp te vnice amaui.⁊ a me ppetuo amandũ certe ſcio. Uirtꝰ eni3 tua
ad id me ĩpellit.quã niſi ſummã in te eſſe pſpicerẽ:ex aĩo mihi prorſus cade
res. Nec credas ob iniuriã hãc:beniuolentiã erga te meã diminutam eſſe.
quippe cũ cauſa tua vel vita ipſa priuari paterer.ita eſt ⁊ ſi aliter ſentis:fal-
ſus es:falſus inquã ⁊ ab oĩ iudicio alienꝰ.qđ ſi dubitas:experire. ⁊ cõſtãtiſ
ſimũ oĩbus in rebꝰ me reperies. Quĩetiã rogo te:vt nõ minus ſolito me a
mes.nec in me iraſci velis. Sed potiꝰ leſi(vt debes)miſerearis. hec ſcripſi
⁊ quidẽ inuitus:vt intelligeres:me nõ ſubito:nec ſine cauſa iraſci:ſed ma-
ximis rationibꝰ cõmoueri. Uale.

¶ Cataldus franciſco aluaro. S.

Coronatus ille:vbi p̄mũ vni ex meis litteras tuas reddidit:pdita
corona id eſt verecũdia fugam arripuit. Nec ſolũ rudis iuuenis a
me nõ petijt:ſed ne expectauit quidẽ reſponſu3. Alter flauo capillo elatꝰ:⁊
eorũ:quoſ viderĩ:maximꝰ petulãti ſplene cachinno:te nup a ſũmo deo opti
me viſitatũ fuiſſe nũciauit.qđ fuit bene egrotaſſe. Age ob hoc illi gratias.

Apoſtata ſi alq̃ndo reſipiſcet(qđ deꝰ cito faxit)credo:iã deſinet latrare Cu
pio ſupra oĩm fidẽ:vt mẽte adſum:ita corpore iſtic ſancterene adeſſe. Mal
lẽ eniȝ in paradiſo mori:ꝙ̃ in erebo viuere. Si ceſar me tot catenis vinctuȝ
ſolueret:e carcereq; dimitteret:nõ alio equidem aut dedaleis:aut pegaſeis
pennis aduectꝰ ꝙ̃ iſtuc aduolarem. Qđ vt cõtingat ſanctiſſimas preces tu
quoq; ſupplex effunde. Vale.

Joannes portugalie rex alexandro pape ſexto. S.

INcredibilis pietas:atq; obſeruãtia:qua ferdinãdꝰ almeide ſeptẽ
ſis epiſcopꝰ in ſctitatẽ tuã tenet:effecit:ꝑmo vt nos illũ ad ſctitatis
tue ꝑpetuũ ſeruitiũ valde hortaremur. quẽ quidẽ nũc legatũ deſti
namꝰ. Deinde moti ſumꝰ ſingulari erga nos fide comitis abrãti:ſui quon
dã patris:viri honoratiſſimi:nec nõ tot germanorũ obſequijs cumulatiſſi-
me ꝑſtitis. q̇bus nõ ſolũ nos:verũ etiã regna noſtra ob ingẽtia merita plu
rimũ debemꝰ. Nec certius:ſublimiꝰ:ſanctiuſq; iter ingredi poſſe nobis vi
ſus eſt. Omittimꝰ rerũ peritiã:prudentiã:quas ipſa die tua. S. latiꝰ vtẽdo
experiet. Js erit vt nec deuotiſſimũ animũ ſuũ:nec cõmendatiões de eo no
ſtras minuat Oramꝰ vehemẽter:vt eũ domeſticorũ:familiariũq; tuorũ nu
mero aſcribas. Quicq̇d in hũc alumnũ noſtrũ a te collatũ audiemꝰ:in vnũ
ex intimis cariſſimiſq; nr̃is collatuȝ exiſtimabimꝰ. Suos aũt oẽs hoc ſepi
terno bñficio obnoxios:deuictoſq; i eternũ retinebiſ. Felix valeat. S. T.

Joannes portugalie rex ceſari cardinal valentie. S.

FEcit nos certiores ferdinandꝰ almeide: ſeptẽſis ep̃s quãta huma
nitate:amore:charitateq; a te exceptꝰ ⁊ tractatꝰ fuerit. Nec ea aĩ
benignitate virũ vnũ:ſed plures tibi deuinxiſti: ꝑpetuoq; in poſte
rũ obnoxios reddidiſti. Nobis autẽ rem gratiſſimã:imo gratiorẽ gratiſſi-
ma feciſti. Quapropter cũ idẽ ad alexandrũ põtificẽ ſummũ a nobis legatꝰ
mittat. Obſecramꝰ:quantũ in nobis eſt:vt ſi priꝰ ſpõte tua in illũ bonã ſer
uabas voluntatẽ:nũc vero cauſa noſtra optimã:in ijs q̃ ſecuȝ cũ papa dño
noſtro agẽda ſunt:palã exerceas. Nõ eni ignoramꝰ quantũ apud terraruȝ
deuȝ tua valeat autoritas. Nos quidẽ re exigẽte ⁊ habebimꝰ debitas gra
tias:⁊ ſi poterimus:referemus. Vale

Joannes portugalie rex cardinali mõtis regalis. S.

ETſi quocũq; terrarũ ſe cõtulit virtꝰ: ſe ſe ipſa cõmẽdatã reddidit
nõ tamẽ ab officio noſtro alienũ nobis viſum fuit: ferdinandũ al-
meide ſeptenſem epiſcopũ benignitati tue cõmẽdare. q̇ppe qui nõ
minore ſit nobilitate:magna:lataq; ꝓpinquorũ ꝓpagine decoratꝰ:ꝙ̃ ani-
mi integritate:moribꝰ:atq; multarũ rerũ peritia exornatꝰ. q̃ in homĩe quã
uis multũ:ſingula multo tamẽ magis valitura arabitramur:ſi vniuerſa ac
cumulent. Propterea cũ a nobis ad ſummũ pontificẽ hoc tẽpore mittat

oratoꝛ: ſummope oꝛam⁹: vt oīb⁹ in reb⁹ ⁊ ſuoꝛū meritoꝛū cauſa ; ⁊ hac nr̄a cōmendatiōe tantū fauoꝛis: amoꝛis: ac beniuolētie tue in illū accedat: quātū tua in huiuſmodi hoīes hūanitas exhibere cōſueuit. q̄ntūq₃ illi⁹ egregia virt⁹ poſtulat: ⁊ nr̄a cōmēdatio: expectatioq₃ exigit. Noſtrā aūt voluntatē nō offerim⁹. q̄n doq̄dē re ipſa: opeq₃ lōge ſit futura maioꝛ q̄ꝫ oblatiōe. Val'

¶ Joannes poꝛtugalie rex georgio cardinali poꝛtugalēſi. S.

ADmirari nō debet amplitudo tua: ſi has nullo exoꝛdio: nullo verboꝛū aut ſententiarū apparatu oꝛnatas mittim⁹. Fundamēta enī amicicie noſtre: q̄ iādiu iecim⁹: id poſtulāt. Ferdinand⁹ almeida ſeptenſis eps: quē qualis: q̄ntuſq₃ ſit rectiſſime noſti: romā pergit: ſub pōtificis ſūmi iperio victur⁹. Eſſet nobis gratiſſimū: ſi eo pacto illi faueres: q⁹ has litterulas nō fruſtra ſibi a nobis ipetratas cognoſceret. Tanto magis adeſſe debes: q̄ꝛ ⁊ natura quondā: ⁊ nūc noua patria tuū reddidit cōpatriotam. Nos vero nihil pꝛeter ſpem: pꝛeterq₃ hominuꝫ opinionem expectamus. quēadmodū ad omnē honoꝛem obſequiuꝫ: dignitatiſq₃ tue amplitudinem paratiſſimos nos eſſe veriſſime ſcimus Vale.

¶ Joannes poꝛtugalie rex ciuitati ſenarū. S.

VEnit ad aures noſtras vos mira quadā tractatiōe excepiſſe ferdinandū almeide: nūc ſeptenſem epm. Nec quicq̄ a veſtra hūanitate alienū feciſtis. Ob qđ nō tantū ipſi: ſuiſq₃ oībus vos beneficiuꝫ cōtuliſſe exiſtimetis: ſed nos quoq₃ nō leui obligatiōe ad habēdas: referendaſq₃ gratias exigētib⁹ rebus deuixiſtis. Eſtote igitur tali aīo rogati: quo ſpontanei p̄ſtantē virū cōplexi eſtis: vt aliquādo intelligatis: nō ſolum bonis pꝛofuiſſe: bonis benefeciſſe. ſed etiam malis nō nocuiſſe. Valete.

¶ Joannes poꝛtugalie rex archiepo carthaginēſi: cardinali. S.

FErdinādus almeide ſeptēſis eps ſe romā cōfert: foꝛte aliquo tēpore fauoꝛ ampliſſim⁹ tu⁹ erit externo neceſſari⁹. Oꝛam⁹ te magnopere: vt nullis in reb⁹ cauſa noſtra familiarē ac noſtrū idigenā deferas. Tū qꝛ is eſt: cui multū debem⁹: ⁊ plurimū velle debere deſideramus tum quia noſtre future amicicie eſt pꝛincipiū. Natura enim hoc fit: vt alter duoꝛum incipiat: alter vero exequatur. Nos per hunc modo incipimus: tu poſthac quocunq₃ alio inceptam exequeris. Vale.

¶ Joannes poꝛtugalie rex lupo epo peruſino. S.

FErdinandus almeide ſeptenſis eps quāte ſit pꝛobitatis: doctrine ⁊ nobilitatis: ipſemet erit ſibi teſtis idone⁹: qui legat⁹ ad maximū hoīm pꝛeſulē a nobis deſtinatus: romā patriā ante oēs ſibi elegit. Nō leuib⁹ p̄cibus a te petim⁹: vt q̄buſcūq₃ officijs iſtic exiſtentē ꝓſequi poteris: tua ſolita benignitate: intercedētib⁹ nobis: opibus adimplere nō dedigneris. Nā q̄ntū ad nos fama ipſa attulit: ⁊ apud ſummū paſtoꝛē: ⁊ apō

ſacratum cetum nõ dicemus plurimũ: ſed vnice tua valet autoritas. Nos autẽ in oĩbus: q̃ ſiue ꝑ litteras: ſiue ꝑ nũcios q̃ſieris nõ grauabimur p̄ſtare qđ ex nr̃a cõſuetudine obſequioſis: noſtriq; ſtudioſis ſolemꝰ p̄ſtare. Uale

¶ Joannes portugalie rex ioanni borle ꝓtonotario. S.

ADeo ferdinãdus almeide ſeptẽſis eps tibi: virtutibuſq; tuis afficitur: tãtoq; deſiderio amiciciã tuã exoptat: vt nec inite iãpridẽ amicicie: nec virtuti: dignitati: legationiq; ſue ſit cõfiſus: ſ; quo firmiꝰ iter vos hũane ſocietatiſ vinculũ foret: voluit has nr̃as itercedere litterulaſ Qđ cũ ita ſe habeat: obſecramꝰ te: tũ ꝓpter beniuolũ eiꝰ in te animũ: tũ ꝓpt hãc cõmẽdationẽ noſtrã: tãtũ tue beniuolẽtie in illũ effundas: quantũ ipſe ſue nemie iuuãte i te effudit. quo fiet: vt ex duabꝰ vna fiat aĩa: artiſſimo vinculo i eternũ duratura: q̃ ſit celeſti: terrenoq; deo itegre ſatiſfactura. Uale.

¶ Joannes portugalie rex cardinali ſancti petri. S.

SI forte aliquas ſupioribꝰ tẽporibꝰ cuiuſpiã momẽti lr̃as cõſcripſimus: has tamẽ nõ illis inferiores eſſe volumꝰ. Nec in eis đ alicuiꝰ hominis vita: ſtatu: aut criminali re agiť. Sed tantũmodo vniꝰ ferdinãdi almeide: ſeptenſis epi cõmendationẽ cõtinẽt. Cui viro nos ob ſua ſuorũq; merita tantũ debemꝰ: quãtũ vix paucis verbis a nobis: etiã ſtudiose id factitãtibꝰ: exp̄mi queat. Js ergo cũ romanã curiã iuſſu: aſſenſuq; noſtro legatꝰ petat: poſcimꝰ iſ q̃bus poſſumꝰ p̄cibus: vt tali circa rem ſuã modo te p̄beas: quo nec ipſe ſua optima ſpe: nec nos noſtra đ te certiſſima opinione fallamur. Qđ ſi qua illius rebus accreuerit acceſſio: Nõ minꝰ per te q̃ per quẽuis alium: quicquid erit: fuiſſe actũ credemus. hinc magis ſoli tibi q̃ ceteris vniuerſis nos debere profitebimur. Uale.

¶ Joannes portugalie rex cardinali ſenenſi. S.

SOlent in militia prudẽtes duces aciẽ debiliorẽ inſtructa: munitaq; inſtruere magis ac munire: ⁊ eã caſtrorũ partẽ fortiꝰ cautiuſq; vallare: a qua faciliꝰ verenť offendi. eadẽ in amiciciſs ſeruãda eſt regula: ſi q̃d eſt ꝓpter qđ ea vti interdũ debeamꝰ. Ferdinandꝰ almeide ſeptẽſis eps romã petit: tũ legatõis munere fũcturꝰ: tũ ſua quedã tractaturꝰ. quẽ ꝑ lr̃as multis cõmẽdauimꝰ: ⁊ quidẽ nõ leuiter. Tibi autẽ ſui amãtiſſimo breuibꝰ verbis vtimur. Audiuimꝰ eni ⁊ certiores facti ſumꝰ: humanitatẽ: amorẽq; erga illũ tuũ nõ vulgarẽ: ſed ſingularẽ ⁊ feruentẽ exiſtere. Nihilo minꝰ ne papyrus nuda veniat: maxime oramꝰ: ⁊ ſi q̃d eſt ſupra maxime: illud etia; addimꝰ: vt ꝓ tua cõſueta benignitate: ⁊ ſua in te vnica volũtate: ⁊ noſtris quoq; p̄cibus ita cũ illo in oĩbus agas: q̃ a nemĩe eorũ ad quos ſcripſimꝰ beniuolentia: beneficiſſq; in ſeptenſem epiſcopũ collatis ſupereris Quod ⁊ nobis erit gratiſſimu;: ⁊ ad amorẽ: tuiq; amplificationẽ tali medio obnoxios reddes. Uale.

❡ Joannes portugalie rex cardinali neapolitano. S.

Tanta eſt ferdinādi almeide virtus: vt nō grauemur plurib⁹ ꝛ quidem maximis hominibus eum cōmendare. Et certe nemo eſt eorum: q̄bus de illo per litteras mentionē fecimus: qui nota ꝛ inſpecta viri cōditiōe ꝛ probitate: nō gaudeat ſe illū in amiciciā admittere. Nec queqꝫ optima: que experti ſumus ſigillatim cōmemorare decet. Satis eſt monere. neminē nos adhuc nouiſſe: quē beneficij in epiſcopū ſeptenſeꝫ collati penituiſſet. Venit iſtuc ad vrbem a nobis legatus electus. Effice queſumus tum ob ſui ipſius egregias virtutes: tū ante omnia ob tuam erga probos: claroſ: honeſtoſqꝫ admirabilem inclinationē: nec nō propter has litterulas noſtras: ea hoſpitalitate in ſinū excipias: qua magnū a maximo: nobilē a nobiliſſimo: doctū a doctiſſimo excipi ſolitū eſt Et nos multis iam rationibus tibi deuinctos: iſta in familiarē noſtrū tractatione magis: magiſqꝫ in poſterum deuincies. Vale.

❡ Joannes portugalie rex cardinali ſancti dionyſij. S.

Non erāt littere noſtre neceſſarie ꝓ ferdinādo almeide ſeptenſi epō apud te ipſuꝫ quoqꝫ intercedere. Nā q̄ littere: q̄ cōmēdatiōes amicicie vinculo magis valere debeāt? Nēpe quātū diſcernere vndequaqꝫ poſſum⁹: nulle. Audim⁹ enī iāpridē in pariſienſib⁹ p̄mo: deinde italis ſtudijs nō ſolū initā inter vos virtute media amiciciā: ſed cōfirmatā iā: ſuo robore cōſenuiſſe. q̄ oī vnione aliter cōpoſita firmior: verior: integriorqꝫ eſſe ſolet. Verū vt nō ignorares: quātū nos illi ipſi: ſuiſqꝫ oībus debem⁹ debereqꝫ mlto magis deſideram⁹: hec pauciſſia attigim⁹: vtqꝫ ad ſolitū aī feruorē te amiciſſimū ei⁹ exhortaremur. Etiā vt cognoſceres nos ꝓ tui ipi⁹ excellētib⁹ meritiſ: illi⁹ alūni nr̄i cauſa: animū erga te nō leuiter alligatū hr̄e quo nō min⁹ in magnis ꝙ ī paruis reb⁹ libere ex ſentētia vti poteris. Vale

❡ Joannes portugalie rex cardinali parmenſi. S.

Venit iſtuc ad romanā curiā ferdinād⁹ almeide epſ ſeptēſis: legat⁹ nr̄: vir nō minoris autoritatis apd̄ nos: ꝙ fidei: ꝓbitatis: ꝛ prudētie. Cui neſcim⁹ vtrū ne ſui ipſi⁹ an ſuorū meritis magis debeam⁹. Quane petim⁹ eū a te nō vt nouū: ſꝫ vt veterē: ꝛ q̄dē approbatū amicū excipi cōuenit. Fac vt quecūqꝫ a te in tā generoſū: fideleqꝫ p̄ſulē ꝓficiſcēt: ꝛ te cōmēdatario: ꝛ ipſo cōmēdato ꝛ noſtra cōmēdatiōe digna ꝓficiſcāt. Nec nos: reſqꝫ noſtras tibi nūc offerim⁹. Siquidē idē ius in reb⁹ noſtris te habere poſthac volum⁹: qd̄ a cōtracte amicicie primordijs te ſemꝑ habuiſſe: ꝛ voluim⁹ maxime ꝛ maxime gauiſi ſumus. Vale.

❡ Joannes portugalie rex aſcanio cardinali vicecācellario. S.

Ingreſſura latum ꝛ profundū fretū nauis hominib⁹ multis: inſtrumentis multis inſtruitur. vt ad deſtinatum: optatūqꝫ locum tuto deferat̄. Verū ſi cert⁹ ꝛ magn⁹ q̄dam rector deſit: nō ſine periculo

fallentibus ventis dabit vela. Ferdinandus almeide ſeptenſis epiſcopus: quē iſtuc legatū mittim⁹: ſe ipſuꝫ ſanctiſſimo patri dediturus: romā patriā ſibi affectat: ⁊ magnorū rome viuētiū opera: fauore: ſtudio indigebit. Pluribus illum per litteras cōmendam⁹. quos haud parum illi profuturos cōfidim⁹ Sed videbat̄ nobis nauis hec ſine certo gubernatore tranſfretare: ſi nō ad te ampliſſimū: omniūqꝫ ſapientiſſimū ſcripſiſſemus. Tu enim ſol⁹ ex omnibus (vt publica fama eſt) paradiſi claues poſſides. Tu ⁊ claudere ⁊ reſerare celos: tu ſubleuare humiles: ſubleuatos deprimere (quod facere hores) potis es. Quas ob res oramus: ſupraqꝫ oīa te obſecramus: ſic virum hunc cōmendatū habeas: quo nihil poſſit eſſe cōmēdatius. Eius eniꝫ ⁊ patris comitis: multorumqꝫ fratrum merita talem poſcunt cōmendationem. Tandem ex plurimis preſtitis que a pleriſqꝫ veſtrum accepimus: nullum iſto acceptius: iocundius: deſideratius ⁊ reputabim⁹: ⁊ fideliſſime ſeruabimus. Vale.

## ¶ Cataldi oratiuncula ad iudices in magna regia curia panhormi.

INiquo admodū animo patres cōſcripti cauſam hāc meſtā atqꝫ miſerabilē ſuſcipere coact⁹ ſum. Nemo enī patronorū tā caute: tāqꝫ prudēter in capitali cauſa ſe habere poteſt. q̄n maxīa odia: inimiciciaſqꝫ graues ⁊ ꝑpetuas ſibi cōtrahat. ꝑſertiꝫ in hac: vbi de ſex fratrū: ⁊ eorū patris vita agit̄. ꝓpterea nouū hoc dicēdi gen⁹ me totū cōcutit. adeo ꝙ neſcio quo me vertā. In q̄ re nulla vtar exordiorū apparatu. Tū q2 vos oēs ſatis attētos: ſatiſqꝫ benignos ad audiēdū video: tū q2 cauſa hec huiuſmodi eſt: vt ipſamet tueat̄: defendat: ⁊ ſuſtētet. Quis enī tā ferus: tā tartare⁹: tā ꝑditus foret: q̄ audita horrenda nece miſerabilis ioannis de aurifice ad miſerationē: fletūqꝫ profundū nō moueatur? Vir innocentiſſim⁹: nocentiſſime necatus: vir pientiſſimus impientiſſime trucidatus eſt. Certe nō ſolum mortales tam repentino malo triſtātur: verū etiā loca illa ac ſolitudines ⁊ flumē illud: in quo caſus accidit: merere ac lugere adhuc videntur. Saxa quoqꝫ illa: ſuper quibus innocēs ſanguis diſperſus eſt: meſta omnia: lugubriaqꝫ liquidiſſime apparent: Et quaſi loqui vellent: ſi natura ipſa ſineret: vt tantum facinus manifeſtarent. Quod licet occultiſſimum fuerit: tamen deus ſumma iuſticia ob delicti atrocitatem non ſine miſterio in lucem prodidit. Nūquid fortaſſe vir ille quicquam mali vnquam commiſit? Nunquid aliquod flagicium perpetrauit? Homo mitis: manſuetus: ⁊ omnibus beniuolus: ſolitus omni tempore cum pace viuere: vt fama teſtis eſt: ⁊ res ipſa perdocebat. Sed antequam ad cauſe merita deueniam: aliquid facti breuius ꝙ a me fieri poterit: narrabo. Antonius huius miſerrime acerbiſſimeqꝫ

occiſi: aliquas habebat ſacce factiones: ⁊ cum inter contentiones armaqꝫ
diu verſaretur: hic infelix hoc pacto defunctꝰ tāquā amatoꝛ pacis: ⁊ diſſen
ſionū inimicus: euꝫ quotidie admonebat: increpabat: ⁊ pꝛecibus ⁊ minis
aſtringebat (quia maioꝛ natu) vt ab inimicicijs abſtineret: nec vnquā fra-
ternis diſſenſionibus ſe immiſcuit. Tandem cū ſemel rus peteret: atqꝫ inde
ſolus rediret: ex quo nec re nec verbo quēpiam offenderat: inermis venie-
bat: nullo teloꝛū genere munitus. ne cultrum quidem ferebat. Et cum iam
in medio flumine calathabellocte oppidi equitās nō nihil ſubſiſteret: ex in-
pꝛouiſo hoſtes fratris: qui illic inſidiabant: armati in hominē incautū: ⁊ vi
ribus debilē irruūt: veluti auidi lupi in manſuetū agnū: atqꝫ eū percuciunt
vulnerāt: ⁊ trucidāt: ſtatimqꝫ ſpoliāt: tū multa oppꝛobꝛia: vulneraqꝫ atro
cia moꝛtuo iam inferūt: eoqꝫ modo trucidatū: ſpoliatū: ⁊ contemptū relin
quūt. O ſcelus ante hac nunq̃ ⁊ nuſquā auditū. O facinus ⁊ deo ⁊ homini
bus moleſtiſſimū. Nō barbari aphꝛicani. nō teucri: nō egyptij: nō ſarmate
in acerrimos: antiquiſſimoſqꝫ hoſtes tam cruditer ſe geſſiſſent. Demum
eodem die a tranſeuntibꝰ miſerū cadauer inuentū eſt. Nuncius ſaccam de
uenit: cōfluunt vndiqꝫ: nec pꝛe nimia coꝛpoꝛis defoꝛmitate cognoſcunt. co
gnitū poſtea ſui ſepeliunt. Conſiderate vos iudices: qui ſapientiſſimi eſtis
⁊ vobiſcūmet cogitate ſuoꝛū oīm doloꝛē ⁊ luctū. pꝛecipue patris: ſenis infe
liciſſimi. quē tā fellitū poculū in ſenectute haurire opoꝛtuit. m̄ltis liberis ex
naturali moꝛte fuerat oꝛbatus: ſupererat hic: in quo credebat ſenex requie-
ſcere: a quo multa cōmoda expectabat: ⁊ tamē ex nullo filioꝛū maius vulnꝰ
aīo cōcepit. libet mihi ⁊ oppoꝛtune illō exclamare. O ſpes fallaces. o tēpo-
ra iniqua. hoc modo quiſqꝫ fallimur. ſperātes ſepiſſime decipimur: nō ſpe-
rantes rariſſime ſubleuamur. Peto a vobis patres ampliſſimi. An ij: qui
fuerūt: quicunqꝫ ſint: impuniti abire debeant? Quoꝛuꝫ ego neminē pꝛeter
eos qui capti ſunt: tam imane ſcelus perpetraſſe auſim affirmare. At dice-
tis mihi. Teſtes flagitij huiꝰ deſunt. Quid mirū? Nam quis tam amens:
tamqꝫ a ſeipſo alienus eſt: qui in huiuſce ſcelere teſtes nō omni ſtudio: cura
ſollicitudine euitaſſet? Verum manifeſtiſſime cōiecture complures ſunt: in
dicia multo plura. que plus teſtibus in capitali cauſa ſepiſſime conferunt.
Preceſſerunt mine: multe quidem atqꝫ aſpere. Reperti ſunt eo ipſo in loco
eodem die armati: qui nūc in cōpedibus detinentur. Que nam iniuria fiet
aut legi: aut homini? Si plebei homines conuicti iam: vna omniuꝫ voce fa
ctioſi: rixoſi: ſemperqꝫ in re publica turbulenti pꝛo generoſo ⁊ magno viro
ad toꝛmentum ſubeūdum deducantur? Si non omnes: eoꝛum ſaltem ali
quis ad veritatem exulcerandam (⁊ ſi quod querimus nunquam commi
ſiſſet: ad vite tamen emendationem) toꝛqueri debet. Credo nullam in legi
bus: ſanctiſqꝫ conſtitutionibus penam tam terribilem inueniri poſſe:

quin ad huc longe terribiliorem mereātur. Puniuntur fures ex conſtitutionibus: puniunť latrones in ijs in q̄bus graſſati ſunt locis. Nec ſicarij impuniti dimittunť. ſinguliq; ob ſingula memoratorū delicta: vltimo afficiūtur ſupplicio. Nō ne cōdēnabunť ij: q̄ quaſi fures: latrones: ſicarij eodem momēto deprehenſi ſunt? Vos prudētiſſimi: iuſtiſſimi: fortiſſimi eſtis: ꝛ habenas ī vr̄a tenetis manu. Jd facite qđ poteſtis ꝛ debetis facere. ſcio q̄cq̄d iudicabitis nō ſolū hoib⁹: ſꝫ deo ipſi: totiq; celeſti curie gratiſſimū fore.

¶ Joannes portugalie rex alphonſo neapolitano regi. S.

FUit nobis neceſſe hoc tēpore mittere in italiā hieronymū petrum nec nō martialē barroſſum familiares ac domeſticos noſtros: vt quedā iſtic negocia noſtro nomie gerāt. Jnter alia debēt ſignatā nitri quantitatē a maieſtatis tue regnis trahere: qđ q2 ſine proprij dn̄i permiſſione fieri nequit: oram⁹ ſummope: vt cauſa noſtra dictū nitrū inde auferri pmittas. Nec ſolū in ea re: ſed in ceteris quoq; ſic illos cōmendamus vt fideles boniq; familiares a ſuis cōmendari ſolēt. Nos vero nec nos nec noſtra offerim⁹: quādoquidē ex veteri amicicia: cōſanguinitateq; animū erga te noſtrum iamdiu optimum potuiſti cognoſcere. Adeo: vt etiam cōtendentibus nobis nulla poſſit fieri maior acceſſio. Vale.

¶ Joannes portugalie rex barbarico venetiarū duci. S.

AMicicia ex longiſſimo tēpore cū ſupiorib⁹ noſtris inter nos inita ꝛ a poſteriorib⁹ ſemp adaucta facit: vt (ſi quādo res exigit) a te inclyto ac liberaliſſimo duce aliq̄d fieri cauſa noſtra liberi⁹ petam⁹: nō denegātes parem animū ꝓ omni venetiarū re. p. ipſa die nos exhibituros. Mittim⁹ igiť iſtuc hieronymū petrū ꝛ martialē barroſſuꝫ familiares ac domeſticos noſtros: vt noſtro noie quedā tue referāt magnificētie. Rogamus valde eorū expoſitionib⁹ idubitatā fidē habere nō dubites. Et ſi q̄ alia eſſent illis negocia gerēda: nō dedigneris ſolitū fauorē pſtare: vt p voſ oēs hacten⁹ benigniſſime fieri ſemp accepim⁹. ob qđ nō parum tibi totiq; veſtre rei. pu. debem⁹: ꝛ in dies debituros magis ꝓfitemur. Nec nos a ſolito amore: charitateq; erga vos oēs vllis in rebus deſiſtemus. Vale.

¶ Joannes portugalie rex carolo gallorum regi. S.

BOni: prudentiſq; pncipis eſſe nō falſo exiſtimam⁹. ſuos nō modo officijs: honorib⁹: ꝛ premijs ꝓſequi: verūetiā meritis penis: grauibuſq; ſupplicijs: ſi mali ſint: ſeueriſſime afficere. vt boni tali exēplo ducti efficiantur meliores: Mali autē aut ad rectum traducantur: aut ſuo cum prauo ingenio penitus diſperdantur. Et ſi pauciſſimis verbis totā hāc rē explicare potuiſſem⁹: q2 tamen de cōmuni nr̄orū re agiť: nō videť ab re nō nihil lōgiore ſermōe tuas aures detinere. Nec volum⁹ nr̄e: nr̄orū q; laudi tribui: ſi q̄d ꝓferende veritatis gr̄a dixerim⁹. Credim⁹ ꝛ ita ſe res

habet. Nō ſolū gallos: tuos indigenas: ſed ne vllā quidē nationē a noſtris
fuiſſe vnquā laceſſitos: aut aliq̄ in parte leſos: ſiue terreſtri ſiue maritimo
itinere: ſeu fortuito: induſtria ve ſibi ipſis inuicē obuij facti ſint. Nec noſtri
naute nouerūt: q̄d ſit rapere: q̄d ſit aliena p̄ fas ⁊ nefas occupare. Nec vnq̄
pyratarū officio functi viliſſima latrocinia exercuerūt. Suis tātū nauigijs
cōtenti: honeſtas merces hinc inde afferētes: trāquille moraliterq; viuere
cōtendūt: nulli iniuriā inferēdo: nulli inſidias parādo: modo aurifodinam
modo varias maris inſulas p̄currētes. vnde aurū: ebur: ⁊ diuerſi generis
piper: pleraq; alia p̄cio digniſſima: nullo tempore adinuēta in toti⁹ chriſti-
anitatis cōmodū: ſilueſtres: barbaroſq; hoies ad noſtrā fidē mirādis arti
bus cōuertēdo: afferūt. Ipſi autē nulli nocētes ſepe grauia damna illuſtiſſi
me patiunt̄. Et nos quoq; interdū a tue ditiōis hoibus ſatis inſolēter mo-
leſtati ſum⁹. quib⁹ totiēs vitā dedim⁹: quos benigniſſime: liberaliſſimeq;
in ſinu noſtro alias excepim⁹. Quas ob res ne ſingula enarrem⁹: q̄d eſſet ⁊
nobis dicere laborioſiſſimū ⁊ tibi audire faſtidioſiſſimū: mittim⁹ hierony
mū familiarē noſtrū: vt ſcias: quāte cure nobis ſit noſtrorū ſuperiorū ami
ciciā iādiu initā: ⁊ p̄ nos adauctā cōfirmare: ⁊ ad extremū vſq; ſeruare. Nō
eni decet: nec deo nec mūdo gratū eſſe ducim⁹: ſubditorū maliciā dn̄is ſuis
moleſtiā: turbationēq; debere afferre. Immo corripiat̄: caſtigētur: puniāt̄
⁊ prorſus ſcd̄m merita in perniciē eijciant̄. Nos vero p̄ facultate nr̄a anti-
que amicicie iura oī ſtudio: oīq; vigilātia tueri enitemur. Nec p̄pterea no
ſtris: noſtrorūq; damnis ⁊ iniurijs ratione ſuadente deerimus. Affert igit̄
ſecū idē hieronym⁹ acta quedā: q̄ hic publice ſcd̄m iuris ordinē quoad de-
tentiōes illas nobis iubētib⁹ cōfecta ſunt. vt ipſe lati⁹ oreten⁹ rem omnē de
clarabit. Nec dubitam⁹ tua iuſſiōe vel minimo poti⁹ nutu oīa in integrū re
ſtitui poſſe. vt quiſq; q̄d iure ſuū eſt: iure cōſequat̄. Et p̄ter ceteras rapinas
q̄s a tuis: dū maxia hoſpitalitate apd̄ nos fouem⁹ paſſi ſum⁹ illas nō tacebi
m⁹. Nup q̄dā tuorū regnorū naute ex emporijs noſtris ſub amicicie ſpecie
nr̄a ⁊ noſtrorū nauigia inſecuti ſunt. captaq; ⁊ auro: mercib⁹: boniſq; om
nib⁹ ſpoliarūt. Auri ſūma viginti ⁊ quinq; aureorū milia aſcēdebat. Nec
nos de ſurrepto auro querimur (quotidie eni tantūdē fere nobis mare ab-
ſorbet) ſed de mala in noſtros gentē innocentiſſimā tractatione. Qua pro-
pter duo p̄cipue oram⁹. vnū q̄d inique: impieq; admodū a p̄ditis cōſciētia
factū eſt: emendari aliqua ſaltē ex parte iubeas. Alterū ne facinoroſi: nefan
diq; homines ad vlteriora tua prouideatur ſapientia. Vale.

¶ Joannes portugalie rex ludouico duci mediolanēſi. S

Contigit hoc tēpore vt quorundā negociorū cauſa hieronymū ⁊
martialē domeſticos noſtros in italiā mitterem⁹. Et q̄r peregri-
nātib⁹ multa preter mentē occurrūt: fuit nobis viſum opportunū:

has ad te litteras mittere. q̄ ⁊ ſi breues ſunt: erunt tamē ꝓ tua erga nos hu
manitate longe nimis apud te ⁊ vrgētes. Si q̄ndo hi noſtri opa fauoreqꝫ
tuo indigerēt: oram⁹ nullis in reb⁹ cauſa noſtra deſis. Qđ nobis erit ſem-
piterne memorie fixū: ⁊ deuinctos iſta liberalitate deuincies magis. ⁊ ad
referēdas gratias: nedū habēdas nos ardentiſſime incitabis. Vale.

¶ Joannes portugalie rex petro baldo. S.

REttulerūt nobis hierony m⁹ ⁊ martialis domeſtici noſtri: cū iſtinc
ad nos rediȷſſent: quāta humanitate: charitateqꝫ a te fuiſſent exce
pti: officiū erga eos tuū vbiqꝫ p̄ſtante. Quā ob cauſam nō parū nos tante
virtuti debere oportet. Speram⁹ tamē gratias quas nūc habem⁹: aliquā
do nos relaturos. Fac igit̄ vt quos ante tua ſponte tā benigne cōplexus es
nunc intercedētibus his noſtris litterulis nō minori beniuolētia proſequa
ris. quod nos non inter infima cōnumerabimus. Vale.

¶ Joannes portugalie rex petro medices. S.

AD patrē tuū magne autoritatis virū: ante q̄ e vita migraret in cō
mēdationē boetij piſani ſcripſim⁹. Nā cū eius erga nos reſqꝫ no
ſtras optimā intelligerem⁹ voluntatē: ⁊ ſepe rerū noſtrarū cauſa curā ⁊ la
borē ſubijſſet: nō diſtulim⁹ tā bonū illi⁹ in nos animū amicis ⁊ ijs a q̄bus
aliquādo ſubleuari potuiſſet: p lr̄as manieſtare. Quē quidē virū nō min⁹
tibi carū q̄ patri fuerat: eſſe cupim⁹. Quapropter petimus: rogamuſqꝫ ad
modū: vt tantū in illū tue optime volūtatis cauſa noſtra accedat: quantū
⁊ patris ⁊ tui ipſius amor iunctus ⁊ cōduplicatus expoſcit. quod nos inter
cōplura alia precipuum locabimus. Vale.

¶ Joannes portugalie rex ludouico veneto. S.

HIeronym⁹ ⁊ pereſtrellus librū quendā bellicorū iſtrumētorū a te
miſſum nobis obtulerūt. Expoſuerunt quoqꝫ quāta cura: aīo ac
diligētia circa res oīs noſtras te geſſeris. qđ iampridem ad nos p alios fue-
rat allatū. Ad qđ optimū animi ꝓpoſitū vt pſeueres: plurimū exhortamur
vt aliquādo cognoſcas: gratis hominib⁹ prodeſſe: nulli vnquam nocuiſſe
Preterea oībus: q̄ idē hieronym⁹ ⁊ martialis noſtro nomīe tibi rettulerint
veram: integrā: indubitatamqꝫ fidem! preſtes: eoſqꝫ more ſolito exceptos
tractes. Qđ nos nō leuis ſeruicij: ſed magni bn̄ficij loco reponem⁹. Vale.

¶ Joannnes portugalie rex bernardo bondo. S.

IAmpridē cōpertū habem⁹: tū multorū nuncijs: tū ipſa rerū expe-
rientia: de amore ſtudio: incredibiliqꝫ tua erga nos volūtate. ve-
rū q̄ nobis ātea clara fuerāt: hieronym⁹ ⁊ pereſtrell⁹ familiares noſtri red
diderūt mlto clariora. Speram⁹ futurū vt tā boni: deuotiqꝫ in nos animi
te nō peniteat. Quare fac vt aīo quo erga nos eſſe iā cepiſti: cōſtāter pſtes:
Et nos ad honorē: tuiqꝫ amplificationē paratiſſimos experieris. Quicqđ

dicti iuuenes noſtro nomine tibi explicauerint. verum rectuꝫ: ⁊ a nobis cōmiſſum firmiſſime exiſtimes. Uale.

¶ Joannes portugalie rex maximiliano romanoꝝ regi. S.

TAnta eſt fiducia noſtra: amorqꝫ ac beniuolentia: q̄bus iāprid̄ erga maieſtatē tuā deuincti ſumus: vt ab officio conſuetudineqꝫ cōmendādi noſtros: minime deſiſtamꝰ. Uel q2 eundē in te paratuꝫ habemꝰ animū: qđ certe ita eſſe affirmamꝰ: vel q2 eſt animi nr̄i vt cui multū debemꝰ: multo magis illi velimꝰ debere. Quo fit: vt nūc nō dubitemus alphonſum martinū tibi cōmendare: honeſtū ac probū virū: naturalē ⁊ legitimū ꝓcuratorē noſtrū. Tū ꝙ is ꝑ ſe cōmendandꝰ ſit: tū ꝙ res: negociaqꝫ noſtra in terrarū tuarū regionibꝰ curaturꝰ ⁊ geſturꝰ ſit. Cui ſi tuꝰ fuerit aliquādo neceſſariꝰ fauor: vt iuriſdictiōis tue ciuitatibꝰ: oppidiſqꝫ: vbicunqꝫ oportebit: litteris cōmendes: adiuues: ꝓtegas: queadmodū nos ꝓ tuis omnibus nō rogati: moniti ve: ſed ſponte noſtra faceremus. In pſentia ex quo nihil ſcribendū habemus: deum oramus: vt maieſtatem tuā in celſo ſtatu ſecundiſſime conſeruet. Uale.

¶ Joannes portugalie rex duci philippo. S.

ET cōſanguinitas ⁊ amicicia nr̄a: quas mutua charitate: officijs ac litteris vterqꝫ noſtrū hucuſqꝫ cōfirmauit: faciunt: vt alphōſuꝫ martinū ſolito audaciꝰ cōmendemꝰ: quē negocioꝝ noſtrorum cauſa iſtuc mittimus. Te quantum poſſumus: oramus: vt ita illū tractes veluti vnus ex tuis eſſet familiaribus. Immo dicere audemus. quicquid in talem virū cōferes: in nos ipſos: a te collatum exiſtimabimus. Uale.

¶ Joannes portugalie rex omnibus regibus: principibus ac dominijs. S.

QUia neſcimꝰ q̄d ſiniſtri: quid ve icōmodi euenire poſſit alphōſo martino: legitimo procuratori noſtro: longū: diuerſumqꝫ iter facturo: ſtatuimꝰ has generales litteras cōſcribere. vt ſi quid illi cōtingeret: quo fauorē: opem: ꝓſidiū a vobis peteret: cauſa noſtra ad vos cōfugiēti ſuccurrere nō defatigemini Uos quicūqꝫ ſeu magni: ſeu mediocres dn̄i eſtis. a q̄bus dictus alphonſus martinꝰ auxiliū iplorabit. Et quoniaꝫ erga vos oēs nō minꝰ ſingulos ꝙ̄ vniuerſos paratiſſimū: promptiſſimūqꝫ animū habemꝰ: ideo vos pro noſtris rogare: flagitare: ⁊ vehemēter orare tantopē pſeuerāmꝰ. Quā ob rē cū primū intellexerimꝰ in res noſtras aliq̄d humane: benigneqꝫ aut a vobis: aut a veſtrū aliquo geſtum eſſe: cū he generales fuerint: longiores cōficiemus ſpeciales. Ualete.

¶ Cataldus ioanni ſereniſſimo regi. S.

SCripturus italoꝝ ꝓncipū tot inteſtina bella inuictiſſime rex: ꝙ̄ annis ab hinc fere duobꝰ inter illos exarſerūt ſeceſſi ꝓ more a ſeueris legū ſtudijs. Nō q̄d inde aut laudē: aut gloriā aliquā me adepturū ſperarē

ſed vt ſolū ſcribēti mihi ego ipſemet ſolatio forē. Cūqꝫ id deſideriū aīo pe
nitus inheſiſſet: ameniſſimā cōſuetāqꝫ ſiluā adiui: nō multum a celebratiſſi
ma bononia diſtantē. Qui locus nlli mortali aptior ac iocūdior eſt ꝙ vati
bus. hic ſumpto calamo papyroqꝫ ad deſtinatū animi munꝰ me paro. in quo
apparatu ecce phebꝰ vatū deꝰ adeſt: toto muſarū choro comitatꝰ. ad citha
ram canentes oēs: pulſanteſqꝫ ornatiſſimo in curru cōſidebāt. Tū deꝰ ille
vultu nō nihil turbato me increpat: ⁊ res tuas clariſſime geſtas litteris mā
dare cohortat̄. q̇bus poſt hec abeuntibꝰ ſolus relinquor: ſtupidus: ⁊ cōfu
ſus: q̇d facerē. An monitū diuini numis nihil de tāto rege ſcribēdo: cōtem
nerē. An ampliſſimo in cāpo tenuis ⁊ imbecillis: periturꝰ mox ꝑuagarer.
Nulla ſunt enī tā clara hoim ingenia: nullaqꝫ quorūuis oratorū eloquia.
q̄ in laudibꝰ tuis referēdis nō deficerēt. Nā ſiue quis aī tui magnitudinem
cōtempleẗ: qua ſemꝑ maximis in rebꝰ per oīa etatis tue tpa vſus es: ſiue tē
perantiā: pietatēqꝫ ac religionē cōſideret: nō ſummis regibꝰ: priſciſqꝫ ceſa
ribus te cōparabit: ſed ꝑferet. Qui tā puer olim apud patrē: ꝙ nūc iuuenis
nō niſi iuſtiſſima q̄qꝫ coluiſti. Nec tu (vt pleriqꝫ regū faciūt) iniuſta bella ſu
ſcipis: ſed pia tantū: equaqꝫ ⁊ deo gratiſſima cōficis. Deſinant igit̄ mirari
aliq̇: ſi oēs rerū tuarū euentꝰ ſuccedere quotidie perſpicimꝰ. Laudat̄. C. ce
ſar ꝙ imanes gētes ſuperauerit: laudat̄ ꝙ multas ꝓuintias ſubegerit: ⁊ in
ditionē ſuā redegerit: multo tamē magis laudat̄: ꝙ clemēs: pius: ac ſplēdi
dus vixerit. nec imerito. Nā quāto maior eſt aī excellētia ipſo corpore: tan
to ꝑſtantior habet̄ virtꝰ: q̄ ab ipſo ꝓficiſcit̄ aīo. Tāteqꝫ ſunt tū corporis: tū
aī tui virtutes: quāte nec oratiōe cōplecti. nec mēte cōcipi ab aliquo poſſint
Immo ne tu ipſe quidē q̄ poſſides ⁊ tenes eas facile cōprehēdas. Nec te ſa
pientiſſime rex a lectiōe terreāt iſta deorū: dearūqꝫ cōmēta. Solēt enim va
tes ⁊ ꝑceptione quadā debēt ſub ipſo velamine res grauiſſimas cōtinere.
q̇d oblectādi exornandiqꝫ gratia fieri ſolet. Et certe poetā: poetā eſſe opor
tet. Orator: orator ſit neceſſe eſt. Tandē adorſus ego de te: patreqꝫ tuo: re
ge potentiſſimo: nō multū vulgare opus: totū me illi cōficiēdo dedideram
Q̇d inceptū quonā pacto interruptū ſit: in elegia tua videbit celſitudo Cū
qꝫ eo infecto deſerta ſtatuiſſem colere: mutaui prauū cōſiliū: ſuaſu ferdinā
di cotini: portugalēſis tui: ⁊ antonij corſitti ſiculi: amicorū: ante oēs alios:
mihi obſeruandorū. Ad hoc ipſuꝫ etiā litterulis quibuſdā tuis me ipellenti
bus. Ueni itaqꝫ bononia ſtudiorū matre poſthabita: vt maieſtati tue: quā
tuluſcūqꝫ ſim me offerā: tradam: donem: dedicē: ac ꝑpetuo deuinciā. Cui
⁊ vtēdi ⁊ fruēdi ex ſententia ampliſſimā prebeo poteſtatē. Ualeat. C. T.

¶ Cataldus georgio furtato. S.

DIerū breuitas: occupationū mearū lōgitudo: ⁊ domꝰ tue incerta
manſio faciunt: vt te nō viſitem. Cuperē ſcire: q̇d de re tua actū ſit.

Q̄ò q̄cq̄d ſit: nihili pēdere debes. Solers ac bonꝰ nauta in ꝓcelloſo mari. eques ab inimicis circūdatꝰ: fortis dignoſcit̄. ſi q̄d opꝰ eſt opa mea p̄cipe: Scis ad magni palatij edificationē vel minimū lapidē eſſe neceſſariū. val̄.

¶ Cataldus andree barbatie ſiculo. S.

T. manlij torq̃ti in deciũ ſyllanũ iudiciũ adduci põt. nã cũ apd patrẽ de de
cio ſyllano filio macedones puinciales q̃rerẽt: qd eis cõtra ius pecunias
extorſerat. cognita pri⁹ cauſa: ⁊ domo ſua ⁊ patria ptin⁹ eũ puauit. Inde fi
lius ob tã graue patris ſentẽtiã: laqo ſe ſuſpẽdit. Adde etiã L. bruti memo
rabile facin⁹: q̃ cũ in cõſulatu curare de reuocãdis in vrbẽ regib⁹ liberos ſu
os cõperiſſet: eos in forũ adduxit: ⁊ media cõcione virgis ceſos ſecuri pcuti
iuſſit. At cũ ſeruili⁹ hala magiſter equitũ ſpuriũ meliũ quedã noua cõtra le
ges molientẽ interfeciſſet: ⁊ quidã imerito iterfectũ eſſe q̃rerent: pnũciauit
dictator aduocata multitudie: iure occiſuȝ meliũ etiã ſi nihil cõtra leges cõ
miſiſſet: quãdo vocat⁹ a magiſtro equitũ ad dictatorẽ nõ veniſſet. Illd ve
ro memorãdũ magis eſt: qd niſi in veterib⁹ hiſtorijs eſſet traditũ: nõ nullis
fortaſſe incredibile videret. zeleuc⁹ locrenſis vt ſuis pareret legib⁹ ciuiũ p̃ci
bus aliq̃ ex parte volẽs ſatiſfacere: petẽtiũ: vt filio ſuo p cõmiſſo adulterio
cõdemnãdo parceret: voluit pri⁹ ſuũ: deinde filij oculũ tollere. Talis enim
erat legis pena vt vtrũqȝ oculũ adulter pderet. Plura ego de hac re habe-
rẽ dicẽda: niſi in claris autorib⁹ eſſent lati⁹ ptractata. Eoqȝ magis inter ce
teras facultates leges ipſe extollẽde ſunt: q̃ nõ ab hoib⁹: ſed a diuio aliquo
eſſe eas cõpoſitas credam⁹. Quã eni admirabilis in pponẽdis caſib⁹ latet
ſubtilitas? ⁊ in decidẽdis illis quã ineſt cõcinna: pſſaqȝ breuitas? Rurſus
in ipſa breuitate quãta dilucĩditas emicat? Quãta quoqȝ verborũ nõ ſine
grauib⁹ ſentẽtijs redundat pprietas? Tandẽ nihil eleganti⁹: nihil ſublimi⁹
artificioſius ve: ac meli⁹ iuriſcõſultorũ oratiõe apud quoſuis autores legit.
Quã ob rẽ ⁊ ſi a iuriſcõſultis multa ⁊ p̃clara dicta: de ipſarũ leguȝ laudib⁹
reperiã: ne tamẽ q̃ de ſe met ipſis iuriſcõſulti bñ ſenſerint: afferã: videam⁹ q̃
dam q̃ inter plura alia de his. M. tulli⁹ dixerit his verbis. Siue quẽ iſta p
potens ⁊ glorioſa philoſophia delectat: dicã audaci⁹. Hoſce habet fontes
oim diſputationũ ſuarũ q̃ in iure ciuili: ⁊ legib⁹ cõtinẽt. Ex his eniȝ dignita
tẽ maximã expetendã videm⁹. Tũ vero ⁊ iuſt⁹ ac honeſt⁹ labor honorib⁹:
p̃mijs: ſplẽdore decorat. Uitia aũt hoim atqȝ fraudes: dãnis: vinclis: igno
minijs: verberib⁹: exilijs: morte multant. Et docemur nõ infinitis cõcerta
tionũqȝ plenis diſputatiõib⁹: ſed autoritate: nutuqȝ leguȝ domitas habere
libidines: coercere omnes cupiditates: noſtra tueri: ab alienis mẽtes: ocu
los: manus: abſtinere. Fremant omnes licet. dicam quod ſentio. bibliothe
cas me hercle omnium philoſophorum vnus mihi videtur duodecim ta-
bularum libellus: ſi quis legum fontes ⁊ capita viderit: ⁊ autoritatis pon-

dere ⁊ vtilitatis vbertate ſupare. Sʒ q̄d ego hec cōmemoro? Ex multoꝝ
barbaroꝝ morib⁹ q̄ntū ꝓſint leges ſctēqʒ inſtitutiōes cognoſci poteſt. Et
vt taceā leſtrygonas ⁊ cyclopas q̄d d̄ ipſis egyptijs loq̄r? quoꝝ tāta eſt a-
mētia: q꞉ ſine legib⁹ viuūt: vt crocodillos ⁊ cercopythecos ꝓ dijs habeāt ⁊ a
dorēt. Eſtqʒ i illis tāta feritas vt hūana carne veſci nō horreſcāt. De q° ſce
lere vehemētiſſim⁹ poeta ille ſatyr⁹ cōq̄rit̄ his verſib⁹. Quis neſcit voluſi
bithynice? q̄lia demēs Egypt⁹ portēta colat? crocodillon adorat‖ Pars hec:
illa pauet ſaturā ſerpētib⁹ ibim. Effigies ſacri nitet aurea cercopytheci. Di
midio magice reſonāt vbi mēnone corde: Atqʒ vet⁹ thebe cētū iacet obru-
ta portis. Illic ceruleos: hic piſcē flumis: illic Oppida tota canē venerāt̄: ne
mo dianā. Porrū ⁊ cepe nefas violare ac frāgere morſu. O ſctās gētes q̇b⁹
hec naſcūt̄ in hortis Numia: lanatis aīalib⁹ abſtinet oīs Mēſa: nefas illic
fetū iugulare capelle: Carnib⁹ hūanis veſci licet. Aphricane quoqʒ gētes
inter meridiē ⁊ occaſū habitātes: q̄nta ducāt̄ cecitate: ex earū p̄rauis miſe-
riſqʒ cōſuetudib⁹ diſcerni liceat. q̄ adeo ſpurce ⁊ ſordide viuūt: vt ne beſtia
rū q̄dē ſimiles eas eſſe dixeris In cōiūctiōe mariū ac feminarū q̇d nos ma
trimoniū appellam⁹ adeo gētes ille effrenate ſūt: vt nulla habita cōſangui
nitatis rōne ſeptenas vxores cuiqʒ illoꝝ p̄mittat̄ ducere. O gentē barbarā
o gentē efferā: ⁊ veri neſciā. ita ne degeret? ſi legib⁹ ac iurib⁹: q̄lia i optimis
vrbib⁹ eē debēt: vteret̄? Adde etiā ius pōtificiū: ex quo nō facile dictu ſit q̄n
tas hūanuʒ gen⁹ cōmoditates ſuſcipiat. nō modo vtilitatē publicā: ſed aīe
ipſi⁹ ſalutē ante oīa ſpectat. ⁊ q꞉ hui⁹ iuris vberrimi fruct⁹ pleriſqʒ ĩnotue-
rūt: nō niſi pauciſſima q̇dā de eo hoc in loco referēda eſſe arbitror. Ex q̇b⁹
intelligere poterim⁹ ꝙ bn̄ apteqʒ eccleſiā ipſā ſuis ordinib⁹ ornauerit. ꝙ ve
optimū viuēdi modū clericis ceteriſqʒ religioſis ipoſuerit. q̄ oīa ꝙ recte in
iure pōtificio ꝑtractata ſunt: haud facile dixeri: ⁊ vt in ceteris dignitatib⁹ ſic
quoqʒ i bn̄ficijs ipetrādis oim cupiditates ſatis decēter ꝑ hoc ius refrenāt̄
In ipſo ꝟo matrimonio eū ſeruauit ordinē: vt nō aliter ꝙ ſcdm illū eſſe no
bis viuēdū vel heretici ipſi p̄raueqʒ ſecte hoīes arbitrēt̄. Atqʒ matrimonij
bona ſeruarēt̄: ꝓhibuit nō ſine exactiſſima pena: oīa ꝑ q̄ matrimonij fides
violaret̄. Et q꞉ facili⁹ ad malas ꝙ ad bonas flectimur actiōes: magna cuʒ
ſeueritate vſurariū crimē exercerit vetuit. Nec minori ſane ſeueritate ipſius
ambit⁹ crimē cōpeſcuit: illud vero multo p̄ſtanti⁹ fuit: ꝙ ita ad chriſtianaʒ
fidē ꝓpagandā cōtra hereticos ſtatuerit: vt ne aīo quidē tale quid cōmitte
re aliquis auderet. Et ꝙ mitiſſime diſpoſuerit penas: quib⁹ mali: p̄rauiqʒ
afficiēdi ſunt: ſctiſſime cēſure id plane oſtēdūt. De his autē reb⁹ q̄ ad diui-
nū cultū: ⁊ de his q̄ ad ipſi⁹ aīe ſalutē attinēt: cū mirū imodū per ſe pateāt:
nō puto eſſe aliquid dicendū. Ex his enī pauciſſimis: q̄ breuiter dixim⁹ cō-
ſiderare poſſum⁹: quātū humano gene[ri] ius pōtificiū cōferat. Quare nō

parũ ſapiẽtiſſimi viri vrbes q̃ optimis morib⁹: optimiſq; īſtitutis exornate
ſunt: gaudere gloriariq; poſſunt. Hacten⁹ de philoſophia: ceteriſq; nobiliſ
ſimis facultatib⁹ nõ nihil dixim⁹: nũc ꝑ ipſius bononie laudes aliquãtulũ
euagemur. Que vt in lr̃is oĩm vrbiũ clariſſima celebrat̃: ſic quoq; in reruz
abundãtia fertilitateq;: nec min⁹ in aeris temperie: ⁊ in ſui ipſi⁹ pulchritu-
dine: pſtãtiſſima extollit̃: neq; id īmerito. nõ enī deſunt ꝑ omnẽ hui⁹ feliciſ
ſime vrbis agrũ planicies ameniſſime: nõ prata oĩ tpe virẽtia: nõ mõtes ⁊
colles: nõ valles: nõ flumina ab autorib⁹ admodũ celebrata. nõ ſilue tot ar
borib⁹ opaciſſime: ⁊ id genus ꝑ multa alia pro locorũ diſpoſitiõe decentia.
que omnia ab alto deus ad bononiẽſium voluptatẽ: cõmoditatẽmq; pro
eorum ꝓbitate videtur conceſſiſſe. At in armis ⁊ in oĩb⁹ reb⁹ bellicis nõ pa
rũ laudis vrbs hec olim ſibi vẽdicauit. Tũ ꝓpter viros quos habuit fortiſ-
ſimos: tũ ꝙ vincere hoſtẽ ſemꝑ fuerit aſſueta. De qua re: ⁊ ſi multa ⁊ egre-
gia ad cõfirmationẽ hãc poſſim adducere: qꝛ tamẽ velle illa cõmemorare.
longiſſimũ eſſet: poteſt quicũq; videdi ea ſtudio tenet̃: in annalib⁹ chroni-
ciſq; vrbis hui⁹ inquirere. Sed quid de hui⁹ vrbis liberalitate in alendis:
nutriendiſq; tot pauperib⁹: totq; inopib⁹ loquar? Erãt quidẽ in hac vrbe
multi tã ciues ꝙ externi paupes. Deinde increſcẽte iã paulatim in ꝓuintia
annone penuria: plures huc ꝙ primũ cõuenerũt: neq; ob hoc vrbs hec be-
nigniſſima in alẽdis illis indignabat̃. Anno tamẽ ab hinc vno cũ ꝑ totã re
gionẽ magis: magiſq; increuiſſet rerũ oĩm inopia: cẽteni milleniq; paupe
res ad hãc vrbem aduolabãt. nec piſas: nec florentiã: aut ferrariã petebãt.
Sed bononiã tanꝙ oĩm rerũ matrẽ q̃ facile ac libẽter opem oĩbus pſtare
ſoleat: cõcurrebãt. Nec tantũmodo mares: ſed etiã femie cũ ſuis infantib⁹
atq; pueris ſimul venerũt. Sũtq; illis oĩbus quã primũ cõſtituta pter vete
ra: noua quoq; receptacula: multũ illis idonea. Ex quib⁹ receptaculis alia
cõmodiora ſunt recipiẽdis eis: q̃ validiori ꝓſperioriq; eſſent corpore. Alia
vero his parata ſunt: q̃ ſi morbo aliquo laborarẽt: illuc ſe reciperẽt Hoc ita
q; pacto feliciſſim⁹ quiſq; illorũ ſibi videt̃. Et pro bononiẽſib⁹ nunꝙ pcari
deſinit. q̃d ergo miramur? ſi vrbs hec in maria trãq̃llitate iãdiu acq̃euerit?
q̃d ergo miramur: ſi neq; fame neq; peſte: neq; aliquo caſu fortune ſit vnꝙ
oppſſa? q̃d ergo miramur: ſi de hac vrbe ferant̃ ꝓuerbia illa: bononia ferti
lis: bononia ſciẽtiarũ oĩm ac legũ mater? cũ tot officijs ex oĩ parte tã ī deos
ꝙ in homines cumulatiſſime profluentibus abundet? Hec eſt igit̃ illa cha
ritas: hec eſt inꝙ erga deos illa pietas: hec eſt illa religio: que in hoc ſecu-
lo felicitatem in dies bononienſibus adaugeat: poſt obitum vero beatitu-
dinem eternamq; fruitionem afferet. Nulla ſunt enim tam parua in deos
beneficia: modo bona rectaq; voluntate fuerint oblata: que nõ optimam
remunerationem: vel in vita: vel ſaltem poſt vitam ſint ſuſceptura. Et

quanq̄ vrbs hec bononia olim apud veteres felſina appellata ſit: poſtea ta
men nō ſine magno rerum argumēto bononiā cognominatā eſſe credimꝰ.
quo vocabulo vſus his verbis expreſſit ſuetoniꝰ. Nero patri gratias in ſe-
natu egit. apud eundē cōſulem pro bononienſibus latine: pro rhodijs atq̄
ilienſibus grece verba fecit. Plinius quoq̄ dixit titū falloniū bononienſē
centū ꝛ quinquaginta vixiſſe annos. Qua propter quāta laude: quāta glo
ria vrbs hec celeberrima digna ſit: ex hoc in primis cōſideremꝰ ꝙ in ea oīm
rerū probatiſſimi ac peritiſſimi viri iamdiu floruerūt ꝛ in dies certatim in-
ſurgūt. Et vt veteres taceam: quid recentiorū doctrinā humanitatēq̄ opꝰ
eſt cōmemorē? qui quanta ſint erga ſtudētes beniuolētia ceteraſq̄ natiōes
nemo eſt qui ignoret. Nō modo bona ac diuitias exponerēt: ſ3 quod incre
dibilius eſt: vitam ipſam pro ſtudētibus effunderēt. Quot inquā in philo-
ſophia doctores in hac vrbe excellunt? In aſtrologia ꝛ in ſacra pagina: ac
medicina quātos poſſem clariſſimos cōmemorare. In legibus vero ac iu
re pōtificio peto a vobis viri ſapiētiſſimi: vbi doctiores: excellētioreſq̄ quā
in hac vrbe reperiri poterūt. nō ne ita bene leges ceteraq̄ iura legūt: enucle
ant: decidūt: emēdant ꝛ corrigūt. vt nō interp̄tari: ſed denuo cōdere illa exi
ſtimētur. Nolim in referendis laudandiſq̄ oīm doctorū virtutibus dicēdi
modū excedere. Quiſq̄ ſuo exactiſſimo iudicio: ſingulariq̄ prudētia ſin-
gulorū preſtantiā perpēdat ꝛ iudicet. Et q̄ vobis in preſentia refero: maio
ra experimēto ipſo reperiet. Nec imerito ab extremis orbis regionibus ad
hec florētiſſima ſtudia omne hoīm genus quotidie cōfluit. Et degens diu
tiſſime ſepe ob excellentiā huiꝰ clariſſime vrbis domiciliū hic ꝑpetuū ſibi cō
ſtituit. Deſunt forſaſſe ſtudijs bononienſibꝰ ſtudētes theutones: daci: inſu
bres: ligures: piſani: florētini: ſenēſes: peruſini: romani: neapolitani: calabri
lucani: apuli: ſiculi: hiſpani: balearici: ſardi: galli: vnni: ꝛ alij complures?
quos ſingulos faſtidioſum eſſet cōnumerare? nō verētes bona ac patrie cō
moda horū ſtudiorū nomine perpulſi deſerere. An niues? an pluuias? an
imbres? rigidiſſimaq̄ frigora horreſcūt? Nec pudet me mei ipſius teſtimo
niū licet nihili adducere. Poterā ego nup: vt oēs fere ſciūt: ſub ferdinando
neapolitano rege nō cū minimo ſtipēdio degere: audito tamē huius vrbis
nomine: ita excitatꝰ incalui: vt oībus relictis cōmoditatibꝰ: ad eā incolēdā
venirē In q̄ nō breui q̄dē tp̄e: ſi deꝰ fauerit vitā peragā. Nō tacebo etiam
id quod nos ipſi cū de multis italie vrbibus ſcriberemꝰ: de bononia quoq̄
in libello noſtro hoc modo inſeruimꝰ: De te q̄d memorē: ſūmarū gloria re
rū: Sacrarūq̄ parēs antiqua bononia legū? Quā pallas mauorſq̄ potēs
coluiſſe ferunt. Quāq̄ ipſe ante alios habitauit iupiter equus. Hic pieta
tis opus colit̄ ſtudiūq̄ bonorū. Quid ve aſtrea iubet: vel quicq̄d mandat
honeſtas. Poſſet nihilominꝰ aliq̄s me increpās dicere. nō ne ſunt in italia

doctores clari: ſtudiaqȝ minime obſcura ꝑter bononieñſia nõ ne ſũt ꝙ plurima? Abſit a me hoc tale nefas quod nõ dicere modo: ſed ne cogitare quidẽ auderem: ſcio eni doctores celebres eſſe multos: ſtudia etiam multa preter bononienſia in italia clarere non dubito. Sed ſi quis illa cum bononienſibus ſtudijs volet cõparare: minora illa infimaqȝ ⁊ nulli⁹ eſſe precij videbit Quid dicã? in tã amplũ ſublimẽqȝ ſplendorẽ ſtudia hec elata ſunt: vt nemo licet doctiſſim⁹ foret: rerũ vllarũ perit⁹ a quoq̃ crederet: niſi breui ſaltẽ tempore: in his ſtudijs fuiſſet verſat⁹. Nõ deſunt ꝑterea hic in oĩ diſſerẽdi genere quotidiane exercitatiões approbatiſſimeqȝ cõtentiones. quo fit: vt diſſerẽtiũ ingenia reddant̃ acutiora: doctrina augeatur in dies. vires quoqȝ inde nõ mediocres ſumant̃. Et vt alter altero emulatiõe quadã ſuperior certamine diſcedat: ſummope annitũt̃. qd gen⁹ exercitij adeo ariſtoteli ſũmo philoſopho ꝓbatũ eſt: vt quotidie matutinis ſophiã poſt meridianis autẽ ſcholis rhetoricã ꝑciperet. Noto illi⁹ huiuſmodi greco prouerbio. Eſcron ſiopan che iſocratin ean legin. i. turpe eſt tacere ⁊ iſocratẽ pati dicere. Tãtaqȝ fuit iſocrati lectionum cõtentionũqȝ publicarũ cupiditas: vt in ſcholis octauũ ⁊ .xc. annũ moriẽs dicat̃ expleuiſſe. Quas ob res cũ tot optimis diſciplinis: totqȝ ſcientijs nobiliſſimis nõ ſine doctoribus: tã veterib⁹ ꝙ recẽtioribus ꝑclariſſimis hec vrbs admodũ ꝑfulgeat: cũqȝ etiã rerum oĩm magnificentia atqȝ abundãtia tanꝙ toti⁹ orbis regina emineat: ⁊ cũ in rebus bellicis potentiſſima inuictiſſimaqȝ pre ceteris glorief̃: ⁊ cũ in deorũ cultu quantũ diuina ratio expoſtulat: ſanctiſſima peruigilet: cumqȝ propter optimos: religioſiſſimoſqȝ ciues beatiſſima exiſtat: nihil certe ſupereſt aliud: niſi ſummũ patrẽ quoad poſſumus pia mente ſemper ⁊ vbiqȝ precemur: vt ipſam bononiam cum ſua gente: voſqȝ magnificentiſſimi viri feliciſſime ac beatiſſime in eternum conſeruet. Finis.

¶ Cataldus ſimoni vallaſco erudito viro. S.

Quibuſdam litterulis tuis monuiſti me: quendam aulicum fuiſſe non nihil admiratuȝ: ꝙ mariam freram illuſtriſſimi marchionis vxorem in epiſtola ad eam: maxime laudarim. ⁊ cum tantum illi tribuerim: qd lianore regine ſuis meritis dignuȝ eſſem donaturus. Si doctus vir eſſet: mirarer: quia rudis ⁊ imperitus eſt: taceo. Non remitto eum ad tot opera: que in illius ſereniſſime domine laudes ſcripſimus. Que nec ipſe per ſe: nec alio moſtrante intelliget. Fateor me dixiſſe freram ſua ſanctitate domũ: vrbem: regnum ſuſtentare. At pantheſilea noſtra nõ ſolum ſua probitate: ſapientia: liberalitate regnuȝ ſuſtentat: ſed totum ſimul cum habitantibus mundũ ſua ſanctimonia: venerandaqȝ ſanctitudine tuetur: ſeruat ⁊ amplificat. Si plura noſſe cupierit: pleniſſima papyrus emiſſa a nobis nuper: multo latius ignarũ monebit. Vale.

¶ Cataldus magiſtro martino theologo: ſuo patri ſpirituali. S.

ERunt fortaſſe aliqui: qui poſt ſuorũ vlcerum detectionẽ. quã ante ſacerdotis pedes proſtrati fecerũt: nec multũ gaudeãt: nec poſſint vlterius patrẽ illũ aſpicere. imo vt quidã rettulerunt: exhorrent: pe neqȝ odio proſequunt̃. O ingratiſſimos iudeos: quicũqȝ ſunt. Medicum odiſti: qui te leproſum mundauit? qui damnatũ ab inferis ad ſuperos glorificandũ reduxit? Ego pater mi malus ⁊ iniqu⁹ ſum. Verũ quotiẽs te cõſpectu intueri nequeo: mẽte contemplor. ⁊ quantũ ipſe mecum gaudij cõcipio: tantũ deus ipſe de me cõcipiat. Utinã ſemper tecum eſſe poſſem: eſſe ⁊ bibere quoqȝ: colloqui: legere aliquid: ⁊ in domio cõgaudere. Omnia quecũqȝ magna forent: pre hac leticia exiſtimarẽ vana: ⁊ prorſus nulla. Da mihi obſecro veniam. ſi te: vt debeo: non viſito. Seculares occupationes ab optato: ſctõqȝ ocio tecũ cõqeſcẽdi me diſtrahũt. Tu aliqñdo pcor p me ſeruo apud redẽptorẽ noſtrũ pcibus itercede. vt in ſuã clemẽtiſſim⁹ admittat gratiã: vtqȝ ſolita miſeratione a malo: hoc eſt a diabolo me liberet. Vale.

¶ Cataldus craſſie muniſio rei publice cultori. S.

QUia littere excellentiſſimi dionyſij in tuas potius q̃ in alteri⁹ manus peruenĩũt: rogo te valde: oroqȝ: vt ſi alique vna cũ tuis illius ad me allate ſint: penes te ſerues: aut tuto ad me trãſmittas. quod nõ aliter te facturũ exiſtimo. Nam quid niſi optime de viro ſperandũ eſt? q̃ tãti boni inuẽtor extitit. quo tãtã apud celorũ ⁊ terrarũ regẽ mereris laudẽ: quantã adhuc luſitanorũ nemo adept⁹ eſt. Eras ⁊ es p ſucceſſionẽ paternã totius theſauri: ex aurifodina tranſportati: fidiſſimus cuſtos ⁊ ſeruator. parua eſt laus. pater reliquerat: At vero nouã inſtituere ſocietatẽ: vnionẽ: fraternitatẽ in glorioſe marie honorẽ (quã miſericordiã appellãt) peculiaris tibi laus eſt. quo inſtituto lecti honeſtiqȝ viri pullato habitu operti ieſu crucifixo vbiqȝ ante ſe elato mortuos ſepeliãt: diſcordias ſedent: inimicos vtrinqȝ recõciliẽt: miſerabilib⁹ elemoſyna ſubueniãt. hinc fit: vt rariſſime q̃s i hac ꝑpotẽti vrbe viuẽs ad furcas ducat̃: vel ad iuſticiariã puniẽd⁹ demũ oĩa miſericordie mira q̃dã charitate cõplẽt opa. Nec tu generoſus ⁊ diues humeros onerato pheretro i dei ſeruitiũ ſubmittere dedignaris. q̃b⁹ ꝑfecto meritis ⁊ i hac vita felicior es: ⁊ in altera futur⁹ es beatior. Vale.

¶ Cataldus vni ex diſcipulis pacem cum virtute.

LEge ſi ridere vis duos caſus notatu digniſſimos: qui in hac vrbe hodierno die cõtigerunt. nec illos facetias eſſe exiſtimes. Et quidem p̃mus ex caſibus hic narratur eueniſſe. Medicus pene q̃nquegenarius cũ generoſum quendã a primis puericie annis ad pubertatẽ vſqȝ educaſſet: erudiſſet: ⁊ a plurimis eg[r]otationibus liberaſſet. Ecce idẽ

adoleſcens repentinis quibuſdam malis vexatur: opprimitur: cruciatur.
quo audito accurrit ſua ſponte medicus: anxius: pallidus: ſemianimis. in
uenit in lecto iacētem. accipit pulſum: tangit venas. rogat quidnam rei tā
ſubito obtigiſſet. nunquid nimia crapula ſe repleſſet: an inſolita venere: an
longa corporis animiqꝫ laſſitudine ſe debilitaſſet. Cumqꝫ oīa rubore affe-
ctus negaret penitus. arriſit callidus medicus: vtpote qui ab alumno deci
pi nō poterat. Tace inquit fili. ceteris hec nega. mihi ſoli: nec debes nec po
tes negare. dabo conſueta medicine remedia: vt citiſſime cōualeſcas: nulla
eſt difficultas. tua ſalus: in tua eſt poteſtate. Caue hoc ſextili menſe a diur
no ſomno: nō minꝰ a nimia pernoctatione: a ſuperuacuo cibo: potuqꝫ om
nino caue. Mortē in primis fuge: ⁊ vitā ſequere. Mors luxuria eſt: vita ca
ſtitas. Vix hec ſenex finierat. adoleſcēs nō egroto: ſed validiſſimo pugno
cōſulentis medici os percutit. hinc geminos dētes ſpuere cogit. Egreſſus
pauper homo attonitus ⁊ cōfuſus magis infirmi: infelicitate inſaniaqꝫ tri-
ſtatus: ꝙ ſuo infortunio dolens. habes vnū ex duobus caſum. Alter eſt qui
ſequitur. In hac eadem vrbe venator quidā delicioſe nimis delicateqꝫ mul
tos annos leporariū nutrierat. hac luce ſummo mane ſolitis blādicijs a ca
tena ſolutū ad ſe attrahit. Cōſpicatur nō nihil claudicare: pedē deſpicit an
teriorē: placida tractat manu: Dū oleum tepidum magis ꝙ calidꝫ appo-
nit: linteoloqꝫ alligat: improuiſi domini manuꝫ ferox beſtia mordicꝰ perfo
rat ⁊ laniat. vnde nō canem vlterius: ſed ſeipſuꝫ curare properauit. O infe
licem venatorē: o infeliciorē medicū: qui cū magna expectaret premia: duo
rum dentiū cōſecutus eſt amiſſionē. nomen medici cataldus: egroti autem
nolo dicere dicitur. quid dicam? quid loquar? neſcio vere neſcio quid agā.
deſunt verba: deſunt ſenſus. Immo mei ipſius īmemor: a me ipſo alienatꝰ
mihi prorſus videor. Es ne forte tu ille? qui tantum nefas tam nefarie com
miſiſti? deus id auertat. non poſſum vllo mihi pacto perſuadere: eſſe te tan
ti ſceleris perpetratorē. ſiquidem ⁊ beniuolū ⁊ morigerū ſemper educatori
preceptoriqꝫ tuo extitiſſe ſcio. Alter es: in illius alumni mei formā tranſmu
tatus: ſimili deceptus ſum figura. Parce obſecro. Dentes quos ille impie
mihi fregit: nō pugnus fregit: ſed duo verba ⁊ dentes omnes fregerunt: ⁊
totum pectus cōcuſſerūt. Dum amice: paterneqꝫ nimis ad virtutes mone
rem: a vicijſqꝫ dehortarer: inſolentiſſime ille quicūqꝫ fuit: inquit. nec do nec
ſum virtutibꝰ operā daturꝰ. qd dictū videri poſſet quibuſdam leue: mihi ve
ro grauiſſimū. nec delicta aliter ꝙ ſecundū perſonarum dignitatē iudicari
debent. verū te ſupplex oro: aliquantiſper me patienter audias: ſi tu meus
ille es: hec tibi ſint a me dicta: ſi nō es: tanꝙ incōuenientia irride. Carnes
putride: vlcera: vulneraqꝫ omnia ſine dolore ſecari: curariqꝫ non poſſunt.

Et venenum altero fortiori veneno extinguitur. Et quanto aſperiora mea videbunt verba: tanto ſalubriora infirmo ſunt futura. Nam venter ad pur gandũ durus: vehemẽtiori indiget medicina. que quanto amarior: tanto vtilior. Quenam erinnys tam bonũ animũ: tam bonos mores peruertere tam repente potuit? Enimuero talia de te nuper optimo referuntur: qua-lia ego ne peſſimo quidem nebulone digna eſſe ducerem. Ille meus: doctꝰ erat: ⁊ doctorum ſtudioſus: omniũq́ꝫ virtutũ amator. Tu cõtra. illorũ ini-micus Scurrarũ tantum: adulatorum: ſcortatorũ: aleatorum fautor: ſecta tor: ⁊ amplificator. Bonorum ⁊ quibus vitã debes cõtemptor. Odiſti me quia te dilexi. malefacis mihi: quia plurimũ tibi benefeci Quem his hume ris a mille eripui periculis: omnia aſperrima cõmodis meis preponens: ſo lũmodo tue vite: tue ſaluti: fame: honori: laudi intentiſſimus. propter ꝙ nec tu ſi alterũ ex duobus dares oculũ: nec pater ſi viueret: toto quod poſſide-bat auro: cataldo ſatiſfaceret. Cumulate diuinã legem ſeruaſti: noli redde re malum pro malo: ſed bonũ pro malo. Tu pro bono maluꝫ: pro optimo peſſimuꝫ reddidiſti. Et explosis pylade: vlyxeq́ꝫ grauibus cõſultis: neſcio quos leuiculos tibi aſciuiſti cõſiliarios. Nec littere: doctrinaq́ꝫ: iſto remu-nerande ſunt modo. niſi is: in quẽ tam magna contuli beneficia: ſit nerone neronior. qualem te manifeſtiſſime expertus ſum totiẽs. ne a ſarmatis qui dem incultis ⁊ feris hominibus tam parui virtus penderetur. Factus ſum vobis inimicus: dicens verum ait apoſtolus. Et quia redemptoris noſtri dura videbantur eloquia: plurimi diſcipulorũ abierunt retrorſum. Inter-dum patris tui perdidi gratiã: quia aſſentari neſcirem. nũc te amitto: non mea culpa: ſed teterrimo tuo vicio. Prope eſt vt dicã totum amorem: quo te proſequebar: in odium cõuerti. natura enim fit: vt eos a quibus videmꝰ nos amari: amemus: a quibus negligi: negligamus. propterea qui diligi vult: vt diligat eſt neceſſe. Ego autem tue tante inſcicie: iuuenliq́ꝫ calori ex animo ignoſco: vtq́ꝫ tui miſereatur deus: aſſiduas ⁊ lachrymoſas preces flexis poplitibus effundo. Una ſupereſt amiſſum bonũ recuperandi ſpes. te ipſuꝫ cognoſcas: cuiꝰ fuiſti filiꝰ: quẽ te ſperãt futurũ: ꝙ ſit fedũ mali: ꝙ ſit pulchrũ boni eſſe nõis. hec ſi cõſiderabis: ad deũq́ꝫ penitẽtia affectꝰ: reuer teris: fies recipiẽti veluti paſtori ouis egreſſa ad ouile ſua ſpõte rediẽs. mul to: ꝙ ſi nihil deliquiſſes: acceptior. Deus te adiuuet.

¶ Cataldus ioanni ſereniſſimo regi: ſuo dño. S.

ANte tuam iſtinc profectionem: p̄cepiſti mihi: vt georgio dilectiſſi mo filio tuo ariſtotelis ethica exponeremus: quod ego vt placerẽ non ꝙ ita ſentirem approbaui cõſilium. Ipſemet doctor grauiſſi-mus negat iuuenẽ ad ciuilem diſciplinã idoneuꝫ eſſe. multo minus puerũ

aptuꝫ cenſeo. Quippe cum finis eius actio ſit: nō cognitio. Nūc autem: in-
ter quedam alia: ſcribiſ: vt in exponēdo illo diuū thomā omnino ſequamur
quod nos ⁊ ſtudioſe fecimꝰ ſemper a primis lectionibus ⁊ accurate. At de
inceps hoc tuo iuſſu ſtudioſius faciemus ⁊ accuratius. Nec burleum: nec
donatum accialolum pretermittimus. quantū enim ille ſanctitate: tantum
hic eloquentia excelluit. Quo cōmodo nos frui prudēs ac litteratus vir la
mecenſis epiſcopus perbenigne dignatus eſt. Nam in ea quā ex italia nu-
per ſecuꝫ attulit bibliotheca: multas ſuauiſſimas: quibus in hac luſitania
caremus: deguſtauimꝰ dapes. Reliquū eſt vt filiū per litteras ſolito acriꝰ
moneas: ne: dum peligni vatis auidiſſime amores voluit: ⁊ ſe inueniat irre
titum; deceptumqꝫ: ⁊ me ſuppremo afficiat dedecore. Quorū vtrum minꝰ
velim deꝰ p̄cipue nouit: ⁊ ego quoqꝫ (ni penitꝰ ſim falſus) nō ignoro. Vale

¶ Cataldus cardone comiti rhegij. S.

Venimus tandem ex portugalia toletum; quā iampridem videre
deſiderauerā. Et iam mihi in ea per dies quindecim commoranti
faſtidiū gignit. nihil eſt tam deſideratuꝫ: quod poſſeſſuꝫ iam: nō
ſatiet. Magna ⁊ populoſa vrbs eſt: verum nihil ad rem poeticam. Mallē
ad queſite patrie ruſculū cuiuis infimo homini ſeruire: ꝙ hic ſummis im-
peritare. Cauſa veniendi fuit hec. Expulſa: diſiectaqꝫ penitus emanuelis
ſanctiſſimi regis cōſilio: tota infidelitate ex omnibus ſuorū regnoruꝫ locis
mauro: iudeo: neophyto: poſt optatiſſimā heliſabet cōſortem e paternis la
ribus in luſitanie regnū traductam: paucis admodum labentibus diebus
placuit eterno deo hunc ipſum regem in tot regnoruꝫ principatum diuina
quadam prouidentia ſuccedere. Nemo enim alius regē: principem ve in
terris facit: niſi qui rex ⁊ princeps ſit: longe illo: quem facturus eſt maior ⁊
potentior Cum ergo quē memoro emanuelem ille omniū regum principū
qꝫ: ⁊ rex ⁊ princeps ex duce regem primo: mox ex rege tot gentiū principeꝫ
iure cōſtituerit: habitis a ferdinando patre ſocero de principali appellatio
ne: atqꝫ ad tot obſequia accipiendum: itione: fecit nō ſine magna prudētia
cōuentum. Pleriqꝫ proceruꝫ diſſidebāt. alij in aliā ibant opinionem. Ipſe
vti optimus paſtor ſuas oues relinquere nō audebat. Ipſe oues ſine ſuo pa
ſtore ire ſe ꝓdituꝫ cernebāt. Ardua res erat: deliberare. Ire nō poterat ſine
omniū populorum dolore ⁊ lachrymis. Manere multo minꝰ decebat: ne
forte ignauia: ſecordiaqꝫ merito portugalenſis argueretur. A qua pre om
nibus orbis gētibus ſemp abhorruit: vt aphrica ipſius qꝫ abditiſſime inſu
le teſtes eſſe poſſunt. Inter hec diu heſitantē vicit demuꝫ ratio. Stabilito
itaqꝫ regno ⁊ ad vnguē cōpoſito: die veneris menſis martij preſentis anni
diſceſſit vlyxbona: hora fere meridiana: toto illo maris emporio nauigijs
pleniſſimo: venit vna cum tota c[illegible]ā elegerat gēte dormitū ſalatiam. Ibiqꝫ

eſt nõ ſine totius populi fletibus factũ: rege etiã ipſo flente: veluti pientiſſimo patre cariſſimos deſerẽte filios. ⁊ longiſſimũ iter nimia pernicitate reddidimus breuiſſimũ. Hic emanuel die iouis ardenti calore regnãte a ferdinando rege ad mille paſſus obuiam prodeunte honoratiſſime: benigniſſimeq; excipitur: tanta equitum turma: quantã videre potui: nõ numerare. Dominico proximo idem rex cum vxore preſentibus parentibꝰ in magno templo a totius regni ꝓcuratoribus principatus accepit obſequia. Archiepiſcopo loci celebrante: iuramentaq; de fide ſeruanda vtriſq; preſtãte. nec templũ confluentiũ multitudinẽ capiebat. quibus actis in iiſdem clauſtris quattuor excellentes principes lautiſſimo ſunt pranſi apparatu. hec in p̄ſentia habui: que ad te ſcriberẽ. Quicquid deinceps ſuccedet (quod vtinã nil preter fauſtũ ſit futurũ) nõ grauabor notare: ⁊ ad te tranſmittere. Interim ſi quid iſtic perditi lenones pellaces fallaceſq; ambubaie perpetrarint: nõ dedignaberis: vt ridere interdum poſſim: me certiorẽ facere. Vale.

¶ Cataldus ferdinando meneſio magnanimo principi: marchioni excellentiſſimo. S.

Audio: neſcio quos theologiculos: quo doctiores: factioreſq; apd̄ imperitũ vulgum videantur: nõ ſolum magno: eminentiq; poete in magna hominũ celebritate ſub ſanctitatis ſpecie nominatiꝫ virgilio detrahere: ſed ipſam penitus latinã linguam lacerare: eſſeq; omnino ab hominũ vſu: cõſpectuq; veluti indignã: repellendã. O me miſerũ. vtinã vtinam aures nõ haberem: aut haberẽ quidẽ: ſed ſurdus eſſem: vt tantum nefas nõ audirẽ. vel iſtic infelix ego adeſſem: vt vna cũ aliis tam ꝓbis monitionibus intereſſem. quo in furorẽ facillime verterer: verſuſq; libere vindictam ſumerẽ. adeo ꝙ ſi ſemel deſipiſcerẽ: nunꝙ forte reſipiſcerem. O gentem perditã. Solem de mũdo laborant tollere: vt omnia in tetrum chaos iterum corruant. ſine quo ne mundus quidem ipſe cõſiſteret. Fugat enim tenebras: affert claritatem: calorem: celeſtemq; creandis rebus vigorẽ. O gentem nõ minus obtuſam ꝙ malignã. latinã linguam omniũ ſcientiarũ cõſeruatricem carpunt. Eſto. poetas aliquos carperent fingentes vana ⁊ quedam malorum incitamenta afferentes: equiſſimo ferrem animo. At latinitatem: ipſamq; reginarũ reginã eloquentiã inſequi: nec ferre poſſum: nec deus ipſe in throno ſedens ſine indignatione hec percipit: impuneq; iſtos diutius ſinet ululare. Deus marce tulli: non ne hec ad ſtygios vſq; manes perueniũt? Excita queſo. C. ceſarem: nõ minus eloquẽtia ꝙ armis potentem. ⁊ partes veſtras vna cũ eloquentiſſimis ſociis cõtra iſtos cõſpirantes agite. O auguſtine: o hieronyme: gregori: ambroſi: qui non minori facundia ꝙ ſanctitate excelluiſtis. quorũ libri poetarũ oratorũq; dictis

ſunt refertiſſimi. Omitto lactantiũ: hilariũ: cyprianũ: ⁊ ſimiles viros facun-
diſſimos. quibus omnibus tantũ lingua latina cõtulit. vt qualeſcunqz fue
rint: qui certe maximi optimiqz fuerunt: abſqz his fieri nõ potuiſſent facul
tatibus. Quis eſt eniz tã excellens litteratus: qui ſi lingua careat latina nõ
ſit cecus? Es philoſophus: ſine illa per caliginoſum aerem ambulas. Es
theologus ⁊ omnibus artibus imbutus: ſine amica illa mutũ te ⁊ cõfuſuz
tua etiã confeſſione nõ negabis. Fateor poſſe quempiã ſine dicendi arte in
omni diſciplinarũ genere: doctũ fieri. Sed quia nihil vel inepte ſcribendo
nõ relinquit vllã de ſe poſteris memoriã: vna cũ corpore extinguet. Arbor
erit ſterilis. que ⁊ ſi aliquã ſpatiantibus poteſt vmbram prebere: nõ tamen
fructum. Sed expugnemꝰ in primis iſtos ex ea precipue parte: qua ſe maxi
me cautos tutoſqz eſſe arbitrant. deinde aggrediemur ex altera. que nullo
quantũuis inſtructo exercitu: nulliſqz cataphrattis equitibus: bellorumqz
tormentis offendi poteſt: vt a maceriata turri caput nunꝙ emerſuros ſtre
nue deijciamus. Dicunt propterea poetas legi nõ debere: quia ad libidinẽ
incitant hominũ mentes: dũ laſciua amatoriaqz proferũt verba (quaſi ne-
mo alius libidinoſus ſit: niſi qui poetis operã dederit) Qui hoc ſentit: non
videtur mihi poetã preter eũ qui immodeſte aliquid de amoribus ſcripſe-
rit: lectitaſſe. Et inter mille graues autores: vnũ eligit. quo ignorantiã ſuã
protegat. vti pleniſſimũ roſetũ ingreſſus inter roſarũ milia vnã vellit: quã
olfaciat: ſpinã: vel qui ex multifructifero pomario viride tãtũ guſtat ſorbũ
quanꝙ nullus poetarũ eſt tam malus qui ſi recte intelligatur: nõ optimus
cõperiatur: ⁊ ad multarũ reruz cognitionẽ ⁊ ad vite inſtitutionẽ aptiſſimꝰ
Et ſatyri licet pudibunda quedã nuncient: omnia tamẽ ad vite emendatio
nem: correptionẽqz diriguntur. Nam ⁊ apoſtoli ſanctiqz doctores: tũ pu-
blice cõcionando: tum priuatim ſcribẽdo multa nefanda: reprehẽdẽdi cau
ſa: protulerũt. Et nihilominꝰ a catholicis ſalutifera leguntur: audiũtur edi
ſcũtur. Ipſorũqz euangeliorũ aliqua: quibus nihil ſanctiꝰ: perfectiuſqz ha
bemus quibuſdam in locis turpibꝰ ſunt tincta verbis. Et primo conflictu
ſanctorũ theologorũ armis cõtra iſtos ꝓgrediamur. nã poetas: oratores:
philoſophoſqz gẽtiles: etiã chriſtianos: ipſuz ante alios: hieronymũ ab an
gelo correptũ tanꝙ ſuſpectos ſilentio pretereamus. Audiamꝰ auguſtinuz
qui ante dei tribunal nõ fuit pro latinis litteris flagello ceſus libro primo d
ciuitate dei dicentẽ. Nempe apud virgiliũ: quẽ propterea paruuli legũt: vt
videlicet poeta magnus: oĩmqz preclariſſimus atqz optimꝰ teneris ebibi-
tus annis nõ facile obliuione poſſit aboleri. ſcd̃m illud horatij. Quo: ſemel
eſt imbuta recens: ſeruabit odorẽ Teſta diu. Cõſidera verba auguſtini ob
ſecro | vir romane quicunqz es in laudẽ virgilij prolata: cõtra eui noſtri litte
raticulos. qui tũ inuidia perciti: tũ rerũ inſcicia coacti tam ſublimẽ vatem

quotidie pene inſolentiſſime: ĩpijſſimeq; laniãt. quod faciẽtes manifeſtiſſi-
me declarãt ſe. hunc ſanctũ doctorẽ nõ vidiſſe: aut vidiſſe quidẽ: verũ mini
me intellexiſſe. qd̃ ſi viderint ⁊ ĩtellexerint: multo grauiori digni ſunt suppli
cio. dũ tam nefarie veritatẽ ipſam cõterunt: deprimũt: ⁊ ſuffocãt. Unde nõ
minꝰ acute q̃ ſapiẽter iſtorũ miſerabilẽ inſaniã duobꝰ exemplis. ſuperiori
bus diebus reprobaſti: ex tempore interloquẽdum a te adductis. quorũ al
terũ fuit. Mauri qua cauſa chriſtiano nomini infenſi: inimiciq; ſunt acer
rimi. q2 praue ſecte nõ noſtre ſanctiſſime ſunt fidei. ita qui poetis oratoribꝰ
q; aduerſant̃: nõ vt latini inter latinos: ſed barbari abiectiq; cõperiunt̃. Al
terũ exemplũ. qui in aliqd̃ intrare debet palatiũ: nõ clauſis: ſed apertis val-
uis intrabit. talis eſt eloquẽtia. q̃ ad omne artiũ: ſcientiarũq; ſtudiũ ianua
eſt certiſſima. De qua re cũ longa eſſet diſceptatio per ſanctorũ patrum de
creta deciſum eſt ad ſacre pagine intelligentiã ſeculares litteras ac poetas
ſacerdotibus legẽdos eſſe. nã de ſeculi hominibꝰ nõ dubitat̃. q̃ res diffuſiſ
ſime triceſima ſeptima. D. tractat̃. vbi multe poetarũ inſerunt̃ autoritates
Et de con. di. quinta. Irridet horatiꝰ appetitũ ciborũ: qui conſumpti relin
quũt penitentiã. Expoſitor intelligit hoc fuiſſe in epiſtola ad lolliũ ab hora
tio dictũ. Sperne voluptates: nocet empta dolore voluptas. nõ in hac epi
ſtola horatius illud intellexit: ſalua eius peritia: ſed in ſecundo ſermonu; li
bro in ſatyra. Que virtus ⁊ quãta bono ſit viuere paruo. vbi ciborũ confu
ſam varietatẽ tanq̃ nimis nocẽtẽ rep̃hendit. Et paulopoſt d̃ quotidianis
operibus monachorũ: hic pulcherrimorũ verſuũ ſpectator aſſiſtas. Ecce
ſupcilio cliuoſi tramitis vndam Elicit: illa cadẽs raucũ per leuia murmur
Saxa ciet: ſcatebriſq; arentia temperat arua. q̃ carmina virgilij ſunt. p̃mo
geor. libro. que due autoritates licet ſint p hieronymũ adducte: deſierũt ta-
mẽ hieronymi eſſe: ex quo a ſanctis patribꝰ approbate: p̃dictis inſerte ſunt
decretis. Nõ cõmemoro q̃ in iure ciuili pro poetis facientia cõperio dicta.
quale eſt illud impatoris: homerũ omnis virtutis patrẽ appellãtiſ. Et poe
te dictũ tanq̃ moralis philoſophi valet ⁊ ſeruatur in iure. Taceo etiam q̃
optime magnꝰ baſiliꝰ ⁊ cõplures alij (p̃ter memoratos) de poetis ſentiant.
Quod autẽ marcus tulliꝰ dicat ſecũdo tuſcu. queſti. libro: fuiſſe illos a pla
tone d̃ ciuitate: quã fingebat deiectos: nemo prudẽs moueri debet. quoniã
nõ ex iudicio: ſed ex cõmodo ſuo cicero illud protulit. Nã idem homo non
dicam diuerſis tẽporibus: ſed eadẽ hora: eodem momẽto in diuerſos men
tis habitus mutabitur. modo letus: modo triſtis: nunc blandus: nũc iratꝰ
pro temporũ: rerũq; cõditione. qualis eo ipſo loco cicero contra poetas in
ſurgit. Nã cũ tractaret de dolore: ⁊ eũ ad animorũ informationem: robora
tionẽq; malũ eſſe omnino negaret: ⁊ ſophocles grecus tragicus herculem
virũ fortem introduxiſſet gementẽ: ploran[illegible]q; muliebriter: ob indutã tuni

cam ſanguine centauri tinctā:a deianira miſſam:⁊ eſchilus itē grecus pro
metheū caucaſo alligatū miſerrimos emittere eiulat⁹ feciſſet:excandeſcit ci
cero ex pſone ſue dignitate dicēs Sed vides ne q̄d mali afferāt poete:lamē
tantes inducūt fortiſſimos viroſ. Molliūt aīos noſtros. Sed quid poetis
iraſcimur? Uirtutis magiſtri philoſophi inuēti ſunt: qui ſummū malū do
lorē dicerēt. Recte igiť a platone deijciunť ex ea ciuitate: quā finxit ille:cuꝫ
mores optimos ⁊ optimū rei pu.ſtatū exq̄reret. Deiecit plato turpes poe
tas: quales erāt greculi quidā. At homerū nō eiecit plato:cui⁹ poeſis tota
eſt virtutis cōmentatio. Nō eieciſſet virgiliū:horatiuꝫ:ouidiū:⁊ cōplures
alios. quos oēs vſqꝫ a redēptoris noſtri aduentu rerū parens natura emi
nētiſſimos in lucē edidit. ꝑter paucos admodū comicoſ. Et cicero ipſe fuit
poetarū ſtudioſiſſim⁹. vt ſparſim pleriſqꝫ in locis aptiſſime oſtēdit. Aliter
in oratiōe pro archia poeta: aliter hic locut⁹ eſt. Et forte doluit: nō habuiſſe
illā in carmine venā: qua in libera floruit oratione. Et vt dicā: q̄d mea aſſe
qui ībecillitate poſſum: Quelibet artes: ⁊ q̄libet ſcientie ſuos habēt termīoſ
Sola oratoria facultas oīm artiū : oīmqꝫ ſcientiarū eſt termin⁹. Nec quis
adeo erit rationis expers: qui inficiaſeat : poetā ſupra hominē ⁊ infra deuꝫ
eſſe: vt ipſemet cicero eiuſdē operis libro primo ſentit. cuius verba ſunt hec
Quod ſi in hoc mūdo fieri ſine deo nō poteſt : ne in ſphera quidē eos mot⁹
archimedes ſine diuino ingenio potuiſſet imitari. Mihi vero ne hec qui
dē notiora ⁊ illuſtriora vi diuina carere videnť. vt ego aut poetā graue ple
nūqꝫ carmē ſine celeſtis aliquo mētis inſtinctu putem fundere: aut eloquē
tiā maiore quadā vi fluere: abundantē ſonantib⁹ verbis: vberibuſqꝫ ſentē
tijs. Sed hec ad poetas approbādos ſint ſatis. pro oratore ab iſtis oppreſ
ſo quid dicā nō habeo. ⁊ ſi quicꝙ haberē nō auſim promere. Siquidē de⁹
ipſe qui eſt veritas: oīm patronorū optim⁹: patron⁹ ſemꝑ aſtat. Solūmo
do oratoris nomine ſe cōuinci: cōfundiqꝫ ꝑmittere iſti deberēt. Nā ex quo
viuitur in terris: oīm philoſophorū: ⁊ impōnētiū rebus nomina ſententia
fuit. vt qui aliquid memoratu dignū excogitaret: ederetqꝫ ſolutis: vľ nō ſo
lutis pedibus: diceret orator: ⁊ actio ipſa ab eodē autore in ordinē ſuum re
dacta: appellareť oratio. q̄b⁹ duab⁹ rebus nihil poteſt eſſe ſublimi⁹. Nam
orare nō eſt aliud ꝙ ꝑces ad deū fundere placādi: vľ cōciliandi gratia. que
res nos deo cōiungit: ⁊ acceptos reddit. ⁊ filius orauit patrē. q̄ duo verba
in hūc vſqꝫ diē durant: ⁊ ad extremā iudicij finē ſunt duratura. q̄d nec ſum
mis philoſophis: nec theologis: nec iuriſcōſultis in tanto tēporū ſpacio ni
ſi ſolis dicēdi peritis datū eſt. Ex his oībus clariſſima luce clarius apparet
poetas nō ꝓpterea nō legi: q2 ad libidinē incitent: ſed q2 non ſint digni: vt
ab hebetibus rudibuſqꝫ: quales iſti ſunt: legant. nam ſi q̄d aſſerūt: verum
eſſet: libidinoſum et cōtaminatū dicerem⁹ fuiſſe hieronymū: auguſtinum

paulũ: ⁊ tot celibes: qui poetarũ fuerũt ſtudioſiſſimi. Et quicũqꝫ latini elo
quij politiã: elegantiãqꝫ fuerit aſpernatus: licet in ceteris doctiſſim⁹ ſit: non
tamẽ litterat⁹: ſed litat⁹ honeſtiſſime dicet̃. Et qđ de latina: idem de greca
quoqꝫ facundia ſentio. Tandẽ ne te pluribus demorer ampliſſime ꝑnceps
ſine hac facultate nihil boni ad humane vite vſum: ⁊ ad aīe ſalutẽ habere-
mus. nõ theologiã: nõ leges: nõ põtificiũ ius: nõ deniqꝫ breuiariũ ipſũ quo
quotidie dei ſacerdotes recitãt. Tu itaqꝫ tuos liberos his artib⁹ īſtitui' pru
dẽtiſſime facis: q̇ vir triceſimũ ⁊ ſextũ attingis annũ: ⁊ tãtã ī aphrica cõfeci
ſti maurorũ ſtragẽ: quãtã hannibal ipſe in europã traijciẽs nunq̃ fecit. nec
tu regio ſanguini: ſed ſoli virtuti cõfidis. Deus tibi fauet: q2 iuſtus ⁊ pius
viuis: ⁊ in magnũ premiuȝ ſapientiſſimã ac modeſtiſſimã mariã frerã tibi
iunxit vxorem. ex qua duos bis: omnes quidẽ elegantiſſimos habes filios
cõmode: decẽterqꝫ partitos. inter mares tres vna reſidet femella. Et cum
ſemper ꝓ fide ceſariſſime te geſſeris: nũc pro latina lingua aliquãdo inſur-
ge: ⁊ latrantes tua ſola taciturnitate coge obmuteſcere. quod ſi opere pre-
ſtabis deo ⁊ vtriqꝫ heſperie: boniſqꝫ omnibus eris cariſſimus. Sin ad-
uerſus ſycophantas animũ demitteſ: aut contempta regia cynicus: aut re
licto parnaſo caſtalioqꝫ: ſardanapali fiam verus imitator. Vale.

Comes alcotini valentino ferdinãdo morauo. S.

PLacet mihi iſta tua imprimẽdi ars ſupra modũ q̃q̃ germanitatẽ
quãdam ſapiat: q̇ multo eſſet elegantior ⁊ melior: ſi tuis nõ tantuȝ
cõfideres alũnis. poſteri vero nõ in illos: ſȝ in te virũ peritũ omnẽ
culpã trãfferẽt. Mea q̃ petis īprimẽda: inculta ſunt nimis adhuc ⁊ rudia:
nec tãto digna nomie. ſȝ meorũ loco pauca q̃dã mitto. q̇ a cataldo ꝑcepto-
re nr̃o ſupiorib⁹ ãnis īpetraui. tuo vtere arbitrio. ego iã ſũ vſus meo. vale.

Impreſſum vlyxbone: anno a partu virginis milleſimo
quingenteſimo. menſe februarij. die viceſimo primo.



CAT. AQVILE
POEMATA
ET
EPISTOLE

VAL. FERD.
VLYXBONE
M. D.

R
37
10

F. D.